

Flora Britannica / Auctore Jacobo Edvardo Smith.

Contributors

Smith, James Edward, 1759-1828.

Publication/Creation

Londini : Typis J. Davis, Veneunt apud J. White, 1800-1804.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/vp3nd9vc>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.


You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.




Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



48666/B





FLORA BRITANNICA.

VOL. I.

FLORA BRITANNICA.

VOL. I.

FLORA BRITANNICA,

AUCTORE

JACOBO EDVARDO SMITH, M.D.

SOCIETATIS LINNÆANÆ PRÆSIDE,

REGIÆ LONDINENSIS, HOLM. UPSAL. TAURIN. OLYSSIP.

PHILADELPH.—PHYSIOGR. LUND. BEROLIN. PARIS.

ALIARUMQUE SOCIETATUM SOCIO.

“Nullius addictus jurare in verba magistri.”

HOR.

VOL. I.

LONDINI:

TYPIS J. DAVIS, CHANCERY-LANE:

VENEUNT APUD J. WHITE, FLEET-STREET.

MDCCC.

FLORA BRITANNICA

1811

JACOBUS KONRADUS SMITH, M.D.

SOCIETAS LINNEANA LONDINENSIS

ADUSCUM LONDINENSIS, HORTUS USUALIS, TABULA, OLIVARIA

THE LONDON LIVERY OF LINDA, SEVERUS, LASH

ASSOCIATION SOCIETY, LONDON

1811



THE LONDON LIVERY OF LINDA, SEVERUS, LASH

VIRO ILLUSTRISSIMO

JOSEPHO BANKS,

REGI A CONSILIIS INTIMIS,

BARONETO, BALNEI EQUITI,

REGIÆ SOCIETATIS PRÆSIDI,

SOCIETATIS LINNÆANÆ SOCIO HONORARIO,

HOC OPUS,

IN SUMMÆ OBSERVANTIÆ PIGNUS,

DAT DICAT

AUCTOR.

WIND ILLUSTRATION

JOSEPH O. BARKER

RECORD OF THE

RECORD OF THE

RECORD OF THE

RECORD OF THE

RECORD OF THE

RECORD OF THE

RECORD OF THE

RECORD OF THE

P R Æ F A T I O.

EX cœli nostri beatissimâ temperie, tum ex variis Dei Optimi Maximi muneribus, quæ ad solum situmque nostrum insularem spectant, Flora Britannica semper inter copiosissimas Florarum Europæarum habita est. Præ ceteris quidem terris accuratiùs indagata fuit Britannia. Quæ autem regio unquam hominem Raio nostro peritiorem jactaret? Vix ulla æquè accuratum. Fatendum est, quod pauci quidam botanici apud nos ante illum rei herbariæ aliquod auxilii, studio at certè partiali, irregulari, ideoque imperfecto, contulissent. Proculdubiò autem Raius jure summo pater Floræ Britannicæ dici meritus est. Scilicet extemplò practici omnes apud nos, illius opera sedulò versabant. Ex illius etiam operibus, quas plantas nostra tulerit patria omninò peregrini didicerunt. Hinc evenit, quod cum Linnæi Systema novum, botanices scientiæ accommodatissimum, ideoque citiùs animos modo non omnium facilè occupaturum, prodit,
non

P R Æ F A T I O.

non nisi ad Raii opera redactum collatumque apud botanicos nostros intelligi potuit ; itaque inter antiqua et nova imperia quasi medius stetit Raius. Linnæus profectò Raii opera studiosus citavit ; atque illi qui sub novis Linnæi legibus tempora feliciora sperarent, imprimis Raii dicta sollicitè perpendebant. Quoniam autem inter auctores commercium multis de causis imperfectum fuit, plurimi errores locum habuerunt. Aliquando Raius ipse, et sæpissimè editor ejus Synopsis Dillenius, synonyma auctorum quos citaverunt perperam intellexerunt. Sæpè etiam celeberrimus Linnæus parili modo hallucinatus est. Et quamvis Hudsonus, primus nostratum qui Linnæi Systema interpres exposuit, discipulique ejus hisce obscuritatibus lucis quoddam dederunt, tamen fontes, ex quibus veram integramque scientiam haurirent, nimis pauci illis innotuerunt ; ne dicam, quòd timor, ne ex nimia audentiâ rei botanicæ vim inferrent, plus æquo corripuit quam quo finem propositum rectâ irent viâ.

Auctor hujusce operis causas, uti sperat, horum errorum probè perspexit. Melioribus igitur auspiciis, quam quæ illis dignissimis viris concessa fuerunt, usus ; præsertim cum ex possessione Musæi Linnæani sibi facultas data est specimina Linnæana adeundi, conferendi, comprobandique, Floram Britannicam haud timuit de novo investigare. Nihil pro comperto habuit, quod non ipse scrutatus est.

P R Æ F A T I O.

est. Omnem specificum, omnem genericum characterem ad incudem cautus retulit, et quâcunque res postularet, reformavit. Synonyma auctorum perpensè exquisivit: si denique animus alicubi in dubio hæreret, ad herbaria originalia sese contulit. Descriptiones suas ex sylvestribus plantis, quâcunque liceret, fidus desumpsit: brevi, omnia tam laboriosè investigavit, quam si nemo hætenus aut tractavisset rem, aut etiam in animo habuisset. Non verò audet sperare quod ipse solus omninò errorum fuerit immunis, atque opus immaculatum oculis lectorum subjecerit. Hoc autem liceat profiteri, quod nullibi arte affectatâ, aut ambagibus verborum, quæ ignoraret studuit celare. Hæc solummodo, si ullam forsan sibi fas sit vindicare, laus detur, quòd summoperè conatus est errores vitare, et quæ non potuit accuratè determinare, palam sapientioribus proponere, eorundemque opem poscere.

Quod ad classificationem attinet, ferè omninò Linnæi vestigiis inniti voluit; neque enim adhuc sensit quid commodi hodiernæ Systematis Linnæani, planè artificialis, mutationes rei botanicæ contulerint. Omissio igitur ordinis Syngenesiæ Monogamiæ; tum amotio generum, in quibus flores quantumvis organis sexualibus, at non aliter structurâ differre visa sint, ex classe Polygamiâ; atque quædam aliæ generum muscorum mutationes, quas necessitas imperiosa jussit (verùm enimverò et in his tractandis quasi medio ire studuit) et dispositio alia

P R Æ F A T I O.

rerum quarundam Cryptogamicarum, sunt præcipuæ innovationes quæ in hoc opere obviàm erunt.

In habitationibus plantarum rariorum notandis Raium secutus est, et nomina locorum, quò nos-
trates faciliùs intelligant, linguâ scripsit vernaculâ.
Si ex vivorum quorundam indiciis habitationes ac-
ceperit, horum nomina (nisi si sibi ea loca priùs
innotuissent) candidus impertivit. In descriptio-
num structurâ, ad illa quæ ipse vidit et pro certo
comperit confirmanda, ullam scriptorum aut stu-
diosorum auctoritatem adducere supervacaneum
fore duxit : haud tamen, e contra, aliquid sibi ig-
notum protulit, nisi auctore, quo fretus est, priùs
memorato.

Cum auctores citat, eorum verba aut figuras ci-
tat, minimè verò synonyma ibi collata : non quòd
si synonymon aliquod apud illos omiserit, vellet
fidem accurationi ejus detrudere. Quæcunque
synonyma ad opus elucidandum necessaria fore
putaverit, et sine dubio locis citatis accommodata,
illa studiosè contulit.

Plurimorum amicorum auxilium, quorum nomi-
na suis locis inscribentur, lubens gratusque admo-
dum agnoscit. Neque etiam non potest quin pectus
gaudium tacitum et dulcissimum pertinet de ex-
pectatione operis hujusce, quæ undique ex ore
omnium diutiùs expressa est. Hanc expecta-
tionem quàm minimè frustrari voluit ; dumque ideò
obsequi festinanter studet, erroribus, in quos in-

P R Æ F A T I O.

cautus inciderit, sperat et obsecrat lectores ignoscere.

Pauculæ quædam plantæ hanc notam (†) præse ferunt. Hæ sunt quas plantas auctor non verè indigenas esse suspicatur; aut jamdudum periisse; vel alias quasdam malè pro his plantis, sub quarum nomine inclaruerunt, acceptas fuisse. Hæc autem nota eradenda est ante Poam bulbosam, p. 102, quam Dom. Stone nuper prope Yarmouth spontaneam invenit. Asteriscus (*) præfixus innuit hanc plantam olim ex hortis evasisse, et demùm habitationem apud nos liberam et verè suam elegisse.

Dum omnia hæc auctor memorat, dolet sanè quòd opus prodit imperfectum. At pretium papyri, hodiè omni ratione alienum, cogit labores in præsens interrumpere. Amicis ergo suadentibus, visum est duo prima volumina, cum indice suo, jam in lucem mittere. Intra anni spatium spes est impedimentum istud rei literariæ, satis mirum, ferè inauditum, cessaturum fore. Aliquis tamen usus ex hoc malo eveniat: nempe illæ hallucinationes aut omissiones quæ in his duobus voluminibus detegantur, (et has ad se bono animo transmitti orat,) in sequentibus forsàn corrigantur. Index copiosissimus totius operis, et catalogus auctorum citatorum, ad calcem adjicientur.

Dabam NORVICI,
Pridie Iduum Martii, MDCCC.

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

...the ... of ...

Classis I.

MONANDRIA.

Stamen 1.

MONOGYNIA.

Stylus 1.

* *Gymnospermæ.*

1. SALICORNIA. *Cal.* monophyllus. *Cor.* nulla.
2. HIPPURIS. *Cal.* obsoletus. *Cor.* nulla.
Valeriana rubra.

** *Angiospermæ.*

3. CHARA. *Bacca* polysperma.
4. ZOSTERA. *Spadix* multiflorus. *Caps.* monosperma.

DIGYNIA.

Styli 2.

5. CALLITRICHE. *Cal.* nullus. *Petala* 2:
Semina 4, nuda.

I. MONANDRIA.

I. MONOGYNIA.

1. SALICORNIA. G. Pl. 5. Juss. 86.

Calyx ventricosus, integer. *Petala* nulla. *Stamina* 1 vel 2. *Semen* 1, calyce tectum.

herbacea. 1. SALICORNIA geniculis compressis emarginatis, internodiis obconicis, spicis pedunculatis apicem versus attenuatis.

Salicornia herbacea. Sp. Pl. 5. With. 4.
Relb. Suppl. 2, 1. *Fl. Dan.* t. 303.

S. annua. Afzel. Mss. 1. Bast. Opusc. v. 2.
105. t. 10. Engl. Bot. t. 415.

S. europæa α. Hudf. 1.

Salicornia. Raii Syn. 136.

S. five Kali geniculatum. Ger. em. 535.

Small jointed Glasswort. Pet. H. Brit. t. 9.
f. 3.

β. *Salicornia erecta*, foliis brevibus, cupressiformis.
Dill. in Raii Syn. 137.

S. biennis. Afzel. Mss. 2.

S. europæa β. Hudf. 1.

Woody jointed Glasswort. Pet. H. Brit. t. 9.
f. 4.

γ. *Salicornia myosuroides procumbens*, furculis longissimis. *Dill. in Raii Syn.* 137.

S. europæa δ. Hudf. 1.

δ. *S. ramosior procumbens*, foliis brevibus purpurascentibus. *Dill. in Raii Syn.* 137.

S. europæa η. Hudf. 1.

ε. *Kali geniculatum majus sempervirens humilius.*
Schola Bot. 37. *Dill. in Herb. Sherard.*

Angl. Marsh Samphire or Jointed Glasswort.

In

In littoribus maritimis inundatis cœnosis vel arenosis frequens.

β, γ, δ, found by Mr. Stonestreet in a little salt-marsh on the east side of Pool, Dorsetshire; ε was also gathered by the same gentleman, in what place is not mentioned.

Annua vel biennis. Fl. Augusto, Septembri.

Radix fibrosa, parva. Caulis plerumque erectus, basi subdivisus, superne ramosus, ramis oppositis, simplicibus, erectis, valde succulentis, aphyllis, geniculatis, geniculis compressis, apice dilatatis, emarginatis. Spicæ oppositæ cum impari majore terminali, pedunculatæ, teretes, apicem versus sensim attenuatæ, acutiusculæ, articulatæ. Flores oppositi, utrinque subterni.

β gaudet caule ramosiori, spicis longioribus et crassioribus; γ caule diffuso, spicis longissimis; δ caule ramosissimo, spicis parvis, purpurascens; ε caule ramosissimo firmiori, spicis brevibus, viridibus.

2. *SALICORNIA* geniculis teretibus integris, infruticosa. ternodiis æqualibus, spicis subsessilibus cylindraceis obtusis.

Salicornia fruticosa. *Sp. Pl.* 5. *With.* 3. *Afzel.* *Mss.* 3.

S. europæa γ. *Huds.* 1.

Kali geniculatum perenne fruticosius procumbens. *Raii Syn.* 136.

Kali. *Camer. Epit.* 246.

Angl. Shrubby Samphire or Jointed Glasswort.

In palustribus marinis.

Near the Isle of Shepey. *Sir Hans Sloane, Bart.*

In the Isle of Grain in the Thames. *Dillenius.*

On the sea-shore all the way from Weymouth turnpike to Rhodipole; Mr. Yalden. *Light-foot Mss.*

Perennis. Fl. Augusto, Septembri.

Radix lignosa, perennis. Caulis suffruticosus, adscendens, ramo-

ramosissimus, ramis ramulisque oppositis, minusque car-
nosis. Internodia omnia ferè cylindræa. Spicæ ple-
rumque sessiles, omnino cylindrææ, obtusæ, multi-
floræ, articulis brevissimis.

2. HIPPURIS. *G. Pl.* 5. *Juss.* 18. *Gærtn. t.* 84.
Cal. obsoletus, integer. *Cor.* nulla. *Stigma*
simplex. *Semen* 1, inferum.

vulgaris. 1. HIPPURIS foliis verticillatis linearibus.

Hippuris vulgaris. *Sp. Pl.* 6. *Suppl.* 81. *Huds.* 2.
With. 5. *Relb.* 1. *Sibth.* 1. *Abbot.* 1. *Curt.*
Lond. fasc. 4. *t.* 1. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 2. 1.
Fl. Dan. 1. 87.

Limnopeuce. *Raii Syn.* 136.

Cauda equina fœmina. *Ger. em.* 1114.

Equisetum palustre, Linariæ scopariæ folio. *Dill.*
in Raii Syn. 136. *Herb. Buddl. Gen.* 5. *p.* 7.
Angl. Marc's-tail.

In fossis et stagnis limosis, haud vulgaris.

Near Hornsey. *Huds.* Near Lynn, and in other
parts of Norfolk.

Perennis. *Fl. Maio.*

Radix e fibris longis, verticillatis. *Caulis* simplicissimus,
erectus, crebrè geniculatus; ad medium usque im-
mersus atque defoliatus; supernè foliosus. *Folia* ver-
ticillata, 8—12, patentia, linearia, acuta, integerrima,
glabra. *Flores* axillares, solitarii, sessiles.

Hyberno tempore, sub aquâ latens, gaudet foliis crebri-
oribus, longioribus, pallidis, tenuioribus et subpellu-
cidis, ut in Herbario Buddleiano videas.

3. CHARA. *G. Pl.* 567. *Juss.* 18. *Gærtn. t.* 84.
Cal. nullus. *Cor.* nulla. *Anthera* sessilis.
Stylus nullus. *Bacca* polysperma.

vulgaris. 1. CHARA inermis striata, foliis subulatis articu-
latis.

Chara

Chara vulgaris. *Sp. Pl.* 1624. *Huds.* 397.

With. 2. *Relb.* 345. *Sibth.* 1. *Engl. Bot.*

t. 336. *Hedw. Theor. t.* 32, 33. *Abbot.* 107.

C. vulgaris foetida. *Raii Syn.* 132. *Vaill. Act.*

Paris. Ann. 1719. 17. *t.* 3. *f.* 1.

C. n. 1681. *Hall. Hist. v.* 3. 4.

Equisetum foetidum sub aquâ repens. *Bauh.*

Prodr. 25. *Ger. em.* 1115.

β. *Chara minor, caulibus et foliis tenuissimis.* *Raii*

Syn. 133. *Vaill. Act. Paris. Ann.* 1719. 18.

Angl. Common Chara.

In aquis cœnosis frequens; β in purioribus.

Annua. Fl. Julio.

Herba immerfa, foetida, fragilis, plerumque terrâ calcarâ feruposâ albidâ undique obducta. Caulis pedalis, filiformis, ramosa, foliosa, striata, torta. Folia verticillata, suboctona, erecto-patentia, subulata, acuta, articulata, striata; supernè canaliculata, florifera, foliolosa. Anthera nuda, sessilis, depressa, carnea, demum rimosa. Germen foliolis quaternis circumdatum, antheræ proximum, ovatum, spiritaliter striatum, apice quinquedentatum. Bacca corticata, polysperma. Stigma atque impregnationis ratio ignota sunt.

Foliorum septa terrâ plerumque larvâ obtecta sunt, unde error in horum descriptionem apud *Engl. Bot.* accidit.

Var. β nequaquam me iudice differt, nisi quod, præ aquis purioribus, nuda est et lætè virens, nec crustâ calcareâ obvoluta.

2. CHARA fulcata, foliis subulatis articulatis, foliolis verticillatis, aculeis caulinis fetaceis deflexis.

Chara hispida. *Sp. Pl.* 1624. *Huds.* 398. *With.* 3.

Relb. 345. *Engl. Bot. t.* 463.

C. major caulibus spinosis. *Raii Syn.* 132. *Vaill.*

Act. Paris. Ann. 1719. 18. *t.* 3. *f.* 3.

C. n. 1682. *Hall. Hist. v.* 3. 4.

β. *C. major subcinerea fragilis.* *Raii Syn.* 132.
Vaill. Act. Paris. Ann. 1719. 18.

C. tomentosa. *Huds.* 398. *Sibth.* 2. nec Linn.
Equisetum majus subcinereum aquis immersum.
Morif. Sect. 15. *t.* 4. *f.* 9. *Herb. Bobart.*
Angl. Prickly Chara.

In fossis et stagnis.

North of England. *Huds.* In a clay-pit at Wisbeach. *Mr. W. Skrimshire.*

β. In Oxfordshire, Kent, and near Bath. *Ray.*
North of England. *Huds.*

Annua. Fl. Julio, Augusto.

Habitus prioris sed major, caule quintuplo crassiore, fuscato potius quam striato, supernè præcipuè aculeato, aculeis superioribus omnibus deflexis, inferioribus directione variis. Foliola verticillata. Flores ferè ut in *C. vulgari.*

Var. β vix differt, nisi caule sub verticillis tantum superioribus aculeato. Hujus synonyma ad Charam suam tomentosam perperam retulit Linnæus.

flexilis. 3. *CHARA inermis lævis diaphana, foliis cylindraceis obtusis mucronulatis.*

Chara flexilis. *Sp. Pl.* 1624. *Huds.* 398. *With.* 3.

C. translucens minor flexilis. *Dill. in Raii Syn.*
133. *Vaill. Act. Paris. Ann.* 1719. 18. *t.* 3.
f. 9.

Conferva nidifica. *Fl. Dan. t.* 761.

Angl. Smooth Chara.

In fossis et lacubus.

Frequent in the ponds about Henley not far from Ipswich; Buddle. *Dill.* In maritime ditches, and near Hornsey. *Huds.*

Annua.

Annua. Fl. Julio, Augusto.

Virens, pellucida, glabra, exstriata. Caulis teres, ramosus, æqualis, fistulosus. Folia verticillata, cylindracea, filiformia, obtusa, mucronulata, sæpe articulata et etiam ramosa, inde potius ramuli dicenda; florifera aggregata, terminalia, breviora.

4. ZOSTERA. *G. Pl.* 472. *Juss.* 24. *Gærtn.* t. 19.

Spadix linearis, intra foliorum vaginam, hinc florifer. *Cal.* nullus. *Cor.* nulla. *Anthera* sessilis, germini opposita. *Stigmata* duo, linearia. *Caps.* monosperma.

1. ZOSTERA pericarpis sessilibus.

marina.

Zostera marina. *Sp. Pl.* 1374. *Huds.* 395.

Witb. 496. *Engl. Bot.* t. 467. *Fl. Dan.* t. 15.

Alga. *Raii Syn.* 52.

β. Fucus marinus, seu Alga marina graminea, minor. *Raii Syn.* 52.

Algoides. *Mich. Ic. ined.* t. 60. f. 2.

γ. Fucus sive Alga marina graminea angustifolia seminifera ramosior. *Raii Syn.* 52.

Algoides. *Mich. Ic. ined.* t. 59?

δ. Potamogeton marinum in utriculis epiphyllispermon minus. *Raii Syn.* 53.

ε. Alga angustifolia vitrariorum. *Raii Syn.* 53.

Angl. Grass-wrack.

In littoribus marinis, æstuariis, vel fossis salis et cœnosis.

Perennis. Fl. Augusto, Septembri.

Radix fibrosa. Caules teretes, glabri, geniculati; basi decumbentes, radicanes; supernè natantes, foliosi, subramosi, compressiusculi. Folia alterna, petiolata, linearia, obtusiuscula, integerrima, glabra, parum supra basin rimâ longitudinali dehiscentia, atque spadiceum

planum, linearem, exsertentia, uno latere floriferum. Anthera oblonga, sessilis ad latus germinis, sed cum proximâ superiore alternans. Germen sessile, oblongum. Stigmata duo, linearia, acuta, patula. Capsula elliptica, pendula, monosperma.

Varietates ex fide Synopsios Raianæ receptas, donec ulterius doceat experientia, ad unam speciem reduxi, collatis iconibus ineditis Michelianis in bibliothecâ meâ, ut et Bankianâ, asservatis. Zoſtera oceanica Linnæi, fui generis planta, nostras nunquam oras attigit. Hujusce fructificationem illustravit acutissimus vir Philippus Cavolinus, Neapolitanus, apud Usteri Annal. Botan. fasc. 9. ut etiam Michelius in Ic. ined. t. 58.

II. DIGYNIA.

5. CALLITRICHE. *G. Pl.* 6. *Juss.* 19. *Gærtn.* t. 68.

Cal. nullus. *Petala* duo. *Stigmata* acuta. *Semina* quatuor, compressa, nuda, hinc marginato-alata.

Flores aliquot monoici.

aquatica. 1. CALLITRICHE.

Callitriche aquatica. *Huds.* 439. *Sibth.* 2.

C. verna. *Sp. Pl.* 6. *Witb.* 5. *Relb.* 2. *Abbot.* 1. *Fl. Dan.* t. 129.

Stellaria. *Raii Syn.* 289. *Dill. Giff. App.* 119. t. 6.

Alfine aquis innatans, foliis longiusculis. *Baub. Hist.* v. 3. 777. 2.

Water Star-wort. *Pet. H. Brit.* t. 6. f. 3.

β. *Stel-*

- β. *Stellaria minor et repens.* *Raii Syn.* 289.
Callitriche Plinii. *Column. Ecphr.* 316.
Alfine palustris serpyllifolia. *Ger. em.* 614.
 γ. *Callitriche autumnalis.* *Sp. Pl.* 6. *With.* 6.
Relb. 2. *Abbot.* 2.
Stellaria aquatica foliis longis tenuissimis. *Raii Syn.* 290.
Lenticula palustris angustifolia, folio in apice dissecto. *Loef. Pruff.* 140. *t.* 38.
Long Water Star-wort. *Pet. H. Brit. t.* 6. *f.* 4.
Angl. Water Star-wort.

In fossis, lacubus et stagnis vulgaris.

Annua. Fl. Aprili usque ad Octobrem.

Herba aquis innatans, peractâ impregnatione, submersa. Radices fibrosæ, simplices. Caules filiformes, ramosi, foliosi, glabri. Folia opposita, spatulata, obtusa, integerrima, triplinervia, pellucida, glabra; inferiora linearia, uninervia, emarginata. Flores axillares, solitarii, sessiles, exigui, albi, hermaphroditici masculis et foemineis interdum immixtis. Fructus parvus, sessilis, quadricarinatus.

Planta in γ tota submersa, foliis omnibus uniformibus, linearibus, emarginatis, floribus omnibus hermaphroditicis. Hæc etiam primâ æstate floret.

REMARKS ON THE HISTORY OF THE

1. The first of these is the fact that the
the first of these is the fact that the
the first of these is the fact that the

2. The second of these is the fact that the
the second of these is the fact that the
the second of these is the fact that the

3. The third of these is the fact that the
the third of these is the fact that the
the third of these is the fact that the

4. The fourth of these is the fact that the
the fourth of these is the fact that the
the fourth of these is the fact that the

5. The fifth of these is the fact that the
the fifth of these is the fact that the
the fifth of these is the fact that the

6. The sixth of these is the fact that the
the sixth of these is the fact that the
the sixth of these is the fact that the

7. The seventh of these is the fact that the
the seventh of these is the fact that the
the seventh of these is the fact that the

8. The eighth of these is the fact that the
the eighth of these is the fact that the
the eighth of these is the fact that the

Classis II.

DIANDRIA.

Stamina 2.

MONOGYNIA.

Stylus 1.

* *Flores inferi, monopetali, regulares.*

6. LIGUSTRUM. Cor. quadrifida. Bacca tetrasperma.

7. FRAXINUS. Cor. nulla, aut quadripartita. Caps. compressa, disperma.

** *Fl. inferi, monopetali, irregulares, angiospermi.*

9. VERONICA. Cor. quadripartita, rotata.

10. PINGUICULA. Cor. ringens, calcarata. Cal. quinquefidus.

11. UTRICULARIA. Cor. ringens, calcarata. Cal. diphyllus.

*** *Fl. inferi, monopetali, irregulares, gymnospermi.*

12. LYCOPUS. Cor. subæqualis. Stam. distantia.

13. SALVIA. Cor. ringens. Filamenta transversè pedicellata.

**** *Fl. superi.*

8. CIRCÆA. Cor. dipetala. Cal. diphyllus.

***** *Fl. apetalì, vel tetrapetalì.*

Salicornia. Lepidium ruderaie. Coronopus didyma.

DIGYNIA.

Styli 2.

14. ANTHOXANTHUM. Cal. Gluma uniflora, bivalvis. Cor. Gluma bivalvis, aristata.

II. DIANDRIA.

I. MONOGYNIA.

6. LIGUSTRUM. *G. Pl.* 9. *Juss.* 106. *Gærtn.*
t. 92.

Cor. quadrifida. *Bacca* supera, bilocularis, tetrasperma.

vulgare. 1. LIGUSTRUM foliis elliptico-lanceolatis obtusis mucronulatis.

Ligustrum vulgare. *Sp. Pl.* 10. *Syst. Veg. Ed.* 14. 56. *Huds.* 3. *With.* 10. *Relb.* 3. *Sibth.* 4. *Abbot.* 2. *Curt. Lond. fasc.* 5. *t.* 1.

Ligustrum. *Raii Syn.* 465. *Ger. em.* 1394. *Fuchs. Hist.* 480. *Matth. Valgr.* v. 1. 154. *Camer. Epit.* 89. *Treg. Hist.* 1005. *Swert. Flor. p.* 2. *t.* 38. *f.* 4.

Angl. Privet, Print, or Prim-print.

In sylvis dumetis et sepibus, præcipuè solo glareoso, humidiusculo.

Frutex. Fl. Maio, Junio.

Rami virgati. Folia opposita, subsessilia, atro-virentia, glabra, lanceolata, (subinde elliptica,) integerrima, mucronulata nec acuminata, quandoque per hyemem persistentia. Paniculae terminales, densae. Flores lactei, graveolentes. Baccæ nigrae, valde amaræ, sicut folia et cortex. Aërem fumolum urbium non timet.

7. FRAXINUS. *G. Pl.* 550. *Juss.* 105. *Gærtn.*
t. 49.

Cal. nullus, aut quadripartitus. *Cor.* nulla, aut quadripartita. *Caps.* supera, bilocularis, superne foliacea, compressa. *Sem.* solitaria, pendula.

Flores aliquot foeminei.

1. FRAX-

1. FRAXINUS foliolis ferratis, floribus calyce *excelsior*.
corollâque destitutis.

Fraxinus excelsior. *Sp. Pl.* 1509. *Huds.* 446.

With. 57. *Relb.* 381. *Sibth.* 18. *Fl. Dan.*
t. 969. *Abbot.* 220.

Fraxinus. *Raii Syn.* 469. *Ger. em.* 1472.

Camer. Epit. 64.

Common Ash Tree. *Hunt. Evel. Sylv. tab, ad*
p. 150.

- β. Ramis pendulis.

Angl. Common Ash. β. Weeping Ash.

In sylvis et sepibus; montosis calcareis gaudet.

- β. Near Gamlingay, Cambridgeshire. *Prof.*
Martyn.

Arbor. Fl. Aprili, Maio.

Excelsa valdeque formosa est arbor, cortice cinereo, gemmis magnis nigris. Flores in paniculis laxis, hermaphroditici, fœmineis (subinde numerosissimis) intermixtis. Antheræ magnæ, atro-purpureæ, quibus delapsis hæc arbor, nostratum ultima, frondescit. Folia impari-pinnata, ferrata, quandoque simplicia, (conf. *Huds. et With.*) autumnis primis cedens pruinis. Capsulæ citò deciduæ sunt. Semina compressa, pulvere ferrugineo micantia, more Amygdalorum.

8. CIRCÆA. *G. Pl.* 11. *Juss.* 319. *Gærtn. t.* 24.

Cor. dipetala. *Cal.* diphyllus, superus. *Caps.*
bilocularis. *Sem.* solitaria.

1. CIRCÆA caule erecto, foliis ovatis denticu-*lutetiana*.
latis opacis pubescentibus.

Circæa lutetiana. *Sp. Pl.* 12. *Huds.* 10. *With.*

10. *Relb.* 11. *Sibth.* 9. *Curt. Lond. fasc.* 3.

t. 3. *Raii Syn.* 289. *Ger. em.* 351. *Fl. Dan.*

t. 210. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 8. 1. *Retz. Obs.*

fasc. 1. 9. *Lob. Ic.* 266.

Angl.

Angl. Common Enchanter's Nightshade.

In locis umbrosis humidis, areis, cœmeteriis.

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Radix valdè repens, vix exstirpanda. Caulis erectus, parum ramosus, racemo plerumque solitario, terminali. Folia adulta ovata, obscurè viridia, pubescentia, opaca, margine subrepanda, denticulata nec ferrata. Calyx haud membranaceus.

alpina. 2. CIRCÆA caule adscendente, foliis cordatis ferratis nitidis, calyce membranaceo.

Circæa alpina. *Sp. Pl.* 12. *Huds.* 10. *With.* 11.

Dicks. H. Sicc. fasc. 8. 2.

C. minima. *Column. Ecphr.* v. 2. 79. t. 80.

C. alpina omnium minima. *Ambrosin. Phyt.* 162.

Solanifolia Circæa alpina. *Baub. Pin.* 168. *Morif.*

Seet. 5. t. 34. f. ult.

β. *Circæa alpina.* *Fl. Dan.* t. 256.

Magnitudo *C. lutetianæ*; caulis erectus, racemo subsolitario.

Angl. Mountain Enchanter's Nightshade.

In umbrosis roridis, subalpinis, saxosis, Angliæ borealis. β in nemorosis ubi exuberat umbra.

In Lancashire, Westmoreland and Cumberland.

Mr. Dawson Turner. In several places by the road side from Ulverstone to Hawkeshead, and at Rydall, Westmoreland. *James Crowe, Esq.* At Lowdore water-fall. *Sir T. Frankland, Bart.* In Hamilton Wood, Scotland. *Dr. Hope.* At the foot of mountains about Loch Broom, Ross-shire. *Lightf.*

β. In shady groves by the river side at Matlock bath, Derbyshire. This seems to be what *Mr. Wood* found near Leeds; see *Withering Ed.* 2.

Perennis.

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Radix repens, ut in priori specie. Tota planta minùs pubescit. Caules humiles, basi diffusi, geniculis rubris. Folia tenera, lætè pallidèque virentia, nitida, cordata, dentato-ferrata; petiolis membranaceo-angulatis. Racemi plerumque plurimi, breves, terminales et axillares. Calyx membranaceus, albus, apice rubro.

Mira confusio orta est de hisce speciebus apud Linnæum, cujus characteres omnino lubrici, ne dicam falsi, sunt. Differentias veras in foliis detexere Scopoli et Hallerius consentiente tandem Linnæo.

β facie et magnitudine gaudet *C. lutetianæ*, etiam racemo subsolitario; at differt colore pallido, foliisque ferratis vel subserratis, petiolis membranaceo-angulatis. Herba ob solum fertilius valde luxurians, forsitan minùs abundè floret, quod et aliis sæpe accidit.

9. VERONICA. *G. Pl.* 12. *Juss.* 99. *Gærtn. t.* 54.

Cor. quadrifida, rotata, laciniâ infimâ angustiore.

Caps. supera, bilocularis.

* *Spicata.*

1. VERONICA spicâ terminali, foliis oppositis *spicata*, obtusiusculis crenato-ferrulatis apice integerimis, caule adscendente simplicissimo.

Veronica spicata. Sp. Pl. 14. *Huds.* 3. *With.* 12.

Relb. 3. *Engl. Bot. t.* 2.

V. spicata recta minor. Raii Syn. 279. *Bauh.*

Hist. v. 3. 274.

V. recta minima. Ger. em. 627.

V. spicata minor. Vaill. Par. t. 33. *f.* 4.

Angl. Spiked Speedwell.

In pratis et pascuis editioribus calcareis, nec humidis.

Plentiful on Newmarket heath, and Gogmagog hills. On Cavenham heath near Bury. Near Penny bridge, Lancashire. *Mr. Woodward.*

Perennis. Fl. Julio; sæpe ad Septembrem usque.
 Caules spithamæi, adscendentes, simplices, teretes, foliosi,
 sublignosi, pubescentes. Folia opposita, plerumque ob-
 tusa, subinde acutiuscula, crenato-ferrulata, apice inte-
 gerrima, pilosa. Spica erecta, multiflora. Flores fa-
 turatè cærulei, fauce barbati.
*Variat foliis linearibus et ferè integerrimis. D. Wood-
 ward.*

hybrida. 2. *VERONICA* spicis terminalibus, foliis oppositis
 ellipticis obtusis inæqualiter crenato-ferratis,
 caule erectiusculo.

Veronica hybrida. Sp. Pl. 14. With. 12.

V. spicata β *Huds. 3.*

V. spicata Cambrobritannica, Bugulæ subhirsuto
 folio. *Kan Syn. 278. t. 11.*

Angl. Welsh Speedwell.

Ad latera mentium, rarissimè.

*On the side of Craig Wreidhin, Montgomery-
 shire; Mr. Lhwyd. Ray. At Cartmel Wells,
 Lancashire. Mr. Crowe and Mr. Woodward.*

Perennis. Fl. Julio.

*Præcedenti nimis affinis, sed omni parte duplo major,
 spicis plerumque plurimis. Caulis et folia insuper
 magis scabra sunt, profundiusque ferrata; at petiolus
 alatus etiam in priori et sæpiùs invenitur.*

officinalis. 3. *VERONICA* spicis lateralibus pedunculatis,
 foliis oppositis scabris, caule procumbente.

Veronica officinalis. Sp. Pl. 14. Huds. 4. With.

13. Relb. 4. Sibth. 4. Abbot. 2. Curt. Lond.

fasc. 3. t. 1. Fl. Dan. t. 248. Riv. Monop.

Irr. t. 93. Dickf. H. Sicc. fasc. 13. 3.

V. mas, supina et vulgarissima. Raii Syn. 281.

V. vera et major. Ger. em. 626.

V. mas. Fuchs. Hist. 166.

Angl. Male, or Common Speedwell.

Vulgaris in pascuis sterilibus arenosis, et ericetis.

Perennis. Fl. Maio, Junio.

Caules latè diffusi. Folia pallida, rigidula, hirsuto-scabra. Spicæ axillares, solitariae, pedunculatae, multifloræ, pilosæ, caulem superantes. Flores dilutè cærulei, venis saturatioribus picti.

* * *Corymboso-racemosæ.*

4. VERONICA corymbo terminali pauciflora, *saxatilis*, foliis ellipticis, caulibus diffusis, capsulâ ovatâ quadrivalvi.

Veronica saxatilis. *Suppl.* 83. *Dicks. Crypt. fasc.* 2. 29. *Tr. of Linn. Soc.* v. 2. 288. *With.* 14. *Bauh. Hist.* v. 3. 284. *Scop. Carn.* v. 1. 11.

V. fruticulosa. *Huds.* 4? *Fl. Dan. t.* 342. *Sm.* in *Tr. of Linn. Soc.* v. 1. 191.

V. n. 545 β . *Hall. Hist.* v. 1. 236.

V. tertia fruticans. *Chus. Hist.* v. 1. 347.

V. alpina frutescens. *Morif. sect.* 3. t. 22. f. 5.

V. alpina con foglia di Serpillo. *Pon. Bald.* 181.

V. fruticans serpillifolia. *Ger. em.* 628.

Angl. Blue Rock Speedwell.

In alpinis Scotiis.

On Ben Lawers. *Mr. Dickson.*

Perennis. Fl. Julio.

Caules basi decumbentes, implexi, fruticulosi, ramosi; ramis adscendentibus, simplicibus, foliosis. Folia opposita, parva, elliptica, vel elliptico-lanceolata, obtusa, integerrima, rarius medio serrata, obscure viridia, subcarnosa, glabra, ad basin ramorum congesta, supernè magis distantia. Flores 3 vel 5 in corymbo terminali, pedunculis, propriâ bractea duplo vel triplo longioribus, insidentes, magni, speciosi, cæruleo-violacei, fauce rubrâ. Calyx quadrifidus, ferè æqualis, obtusus, pubescens. Capsula pubescens, ovata, quadrivalvis.

A V. fruticulosa differt foliis plerumque latioribus, caulibus magis diffusis, corollâ magnâ, cæruleâ, nec carneâ; at præcipuè pedunculis longioribus, paucioribus, corymbosis, nunquam spicatis.

fruticulosa.

5. VERONICA corymbo terminali multifloro spicato, foliis elliptico-lanceolatis, caulibus erectis, capsulâ ovatâ quadrivalvi.

Veronica fruticulosa. *Sp. Pl.* 15. *Mant.* 316.

V. frutescens. *Scop. Carn.* v. 1. 19. excluso syn. Morisoni.

V. n. 545. *Hall. Hist.* v. 1. 235. t. 16. f. 1.

Angl. Flesh-coloured Shrubby Speedwell.

In humidis subalpinis Scotiis.

On Cruachan, Argylshire. *Rev. Dr. Walker.* Ben Lawers. *Mr. Brown.*

Perennis. Fl. Julio.

Caules basi ramosi, tortuosi, prostrati, fruticulosi, dein erecti, stricti, spithamæi, simplices, foliosi, teretes, subpubescentes. Folia opposita, elliptico-lanceolata, plerumque integerrima, interdum rarè serrata, pallidè viridia, concaviuscula, margine subhirsuta. Corymbus terminalis, pubescens, subspicatus, et demum in racemum longissimum, foliolosum, productus. Pedunculi floriferi longitudine bractearum, fructiferi sesquilogiores. Calyx quadrifidus, ferè æqualis, obtusus, hirsutus. Corolla pallidè incarnata lineis purpureis, præcedente minor. Capsula ovata, hirsuta, quadrivalvis.

alpina.

6. VERONICA corymbo terminali subspicato, foliis ovatis glabris subserratis, calyce ciliato, caule adscendente simplici.

Veronica alpina. *Sp. Pl.* 15. *Fl. Lapp. Ed.* 2. 7.

t. 9. f. 4. *Dicks. Crypt. fasc.* 2. 29. *Tr. of*

Linn. Soc. v. 2. 287. *Fl. Dan.* t. 16. *With.* 14.

Engl. Bot. t. 484.

V. n. 544. *Hall. Hist.* v. 1. 235. t. 15. f. 2.

Angl. Alpine Speedwell.

In spongiosis irriguis alpium Scoticarum.

On mountains about Garway-moor, and on Ben-Nevis, first found by Mr. Dickson. On the mountains of Badenoch. *Mr. J. Mackay.*

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Caules digitales, adscendentes, simplices, foliosi, basi radicantes. Folia opposita, elliptico-ovata, tenuia, leviter hirsuta, sæpius integerrima, subinde crenata, subtrinervia, obscure viridia, lucida. Flores exigui, cærulei, in corymbo parvo, tandem in brevem racemum producto. Pedunculi fructiferi etiam elongantur, ut in præcedentibus. Calyx sub-æqualis, obtusiusculus, ciliatus et sæpius hirsutus; pili articulati, sicut pubescentia foliorum omnis. Capsula elliptica, emarginata, bivalvis, pubescens, stylo persistente brevi terminata.

7. VERONICA racemo terminali subspicato, foliis *serpyllifolii-* ovatis subcrenatis trinerviis glabris, capsulâ *folia.* obcordatâ stylo brevior.

Veronica serpyllifolia. *Sp. Pl.* 15. *Huds.* 4. *With.* 14. *Relb.* 4. *Sibth.* 5. *Abbot.* 3. *Curt.* *Lond. fasc.* 1. t. 3.

V. pratensis minor. *Raii Syn.* 279.

V. minor. *Ger. em.* 627.

V. minima repens. *Riv. Monop. Irr.* t. 99. f. 1.

β. *V. humifusa.* *Dicks. in Tr. of Linn. Soc.* v. 2. 288. *With.* 15. *Sym. Syn.* 4.

V. alpina. *Lightf.* 72 (descr. falsa) et 1138.

Angl. Smooth Speedwell. Paul's Betony.

In pratis et pascuis. β in alpiibus Scoticis.

β on the highest mountains only, under wet shady rocks. *Dicks.*

Perennis. Fl. Maio, Junio.

Herba lucida, subcarnosa, in humidis glabra; in montosis hirta evadit. Caules basi decumbentes et radicantes, ramosi, foliosi, ramis plerumque erectis. Folia petiolata, ovato-subrotunda, magis vel minus crenata,

trinervia. Racemus terminalis, elongatus, laxis, multiflorus, sæpius pubescens. Bractææ ellipticæ. Calycis lacinia obovato-ellipticæ, glabriusculæ, æquales. Corolla cæruleo- vel incarnato-albida, striis violaceis. Capsula obcordata, didyma, longitudine styli vel parum brevior.

Caulis in β prostratus, racemo brevior.

Becabunga.

8. VERONICA racemis lateralibus, foliis ellipticis planis, caule repente.

Veronica Becabunga. *Sp. Pl.* 16. *Huds.* 5. *With.* 15. *Relb.* 5. *Sibth.* 5. *Abbot.* 3. *Curt. Lond. fasc.* 2. *t.* 3. *Woodv. Med. Bot. t.* 7. *Fl. Dan. t.* 511.

V. aquatica rotundifolia, Becabunga dicta, minor. *Raii Syn.* 280.

Anagallis seu Becabunga. *Ger. em.* 620.

Beccabunga. *Riv. Monop. Irr. t.* 100. *f.* 1.

Sium. *Fuchs. Hist.* 725.

Sion non odoratum. *Trag. Hist.* 188.

Beccabunga, herba. *Pharmac. Lond.*

Angl. Brooklime.

In rivulis et fossis limpidis frequens.

Perennis. Fl. Julio.

Herba glaberrima, lucida. Caules decumbentes, vel nantes, teretes. Folia brevius petiolata, elliptica, obtusa, obsolete ferrata, læte viridia, subcarnosa. Racemi axillares, oppositi, pedunculati, multiflori. Bractææ lineari-lanceolatae, pedicellis breviores. Calycis lacinia acutæ. Corolla cærulea. Capsula ferè didyma.

Anagallis.

9. VERONICA racemis lateralibus oppositis, foliis lanceolatis ferratis, caule erecto.

Veronica Anagallis. *Sp. Pl.* 16. *Huds.* 5.

With. 15. *Relb.* 5. *Sibth.* 5. *Abbot.* 3. *Curt.*

Lond. fasc. 5. *t.* 2. *Fl. Dan. t.* 903.

V. aqua-

V. aquatica longifolia media. *Raii Syn.* 280.

Anagallis aquatica major. *Ger. em.* 620.

Angl. Water Speedwell. Long-leaved Brooklime.

In fossis et palustribus,

Perennis. Fl. Julio.

A præcedente discrepat primâ facie foliis lanceolatis, longioribus, acutis, minimè ovatis vel ellipticis, cauleque erecto. Racemi infuper longiores et acutiores sunt.

10. *VERONICA* racemis lateralibus alternis : pedicellis divaricatis, foliis linearibus denticulatis. *scutellata.*

Veronica scutellata. *Sp. Pl.* 16. *Syst. Veg.*

Ed. 14. 59. *Huds.* 5. *With.* 16. *Relh.* 6.

Sibth. 5. *Abbot.* 3. *Curt. Lond. fasc.* 5. t. 3.

Fl. Dan. t. 209.

V. aquatica angustifolia minor. *Raii Syn.* 280.

V. palustris angustifolia. *Riv. Monop. Irr.* t. 96. f. 1.

Angl. Narrow-leaved Marsh Speedwell.

In palustribus et inundatis, solo fabuloso.

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Caules debiles, diffusi. Folia lineari-lanceolata, rariùs integerrima, sæpiùs denticulata, subinde ferrata. Racemi axillares, solitarii, alterni, nunquam oppositi, laxi, divaricati, longitudine varii. Flores parvi, cæruleo-incarnati, striati. Capsula subdidyma.

Variat caule foliisque pubescentibus. *D. C. Sutton.*

11. *VERONICA* racemis lateralibus elongatis filiformibus paucifloris, foliis ovatis petiolatis ferratis, caule undique piloso. *montana.*

Veronica montana. *Sp. Pl.* 17. *Suppl.* 83.

Huds. 6. *With.* 16. *Relh.* 7. *Sibth.* 6. *Ab-*

bot. 4. *Curt. Lond. fasc.* 4. *t.* 2. *Jacq. Austr*
t. 109. *Hoffm. Germ.* *t.* 1.

V. chamædryoides, foliis pediculis oblongis infidentibus. *Raii Syn.* 281.

Alyssum Dioscoridis montanum. *Column. Ecphr.*
v. 1. 286. *t.* 288. bona.

Angl. Mountain Speedwell. Mountain Madwort.

In sylvis humidis opacis, et ad fepes, imprimis solo calcarco, humidiusculo.

In Charlton Wood, Kent. *Sherard.* In the woody part of the Devil's ditch on Newmarket heath; also at Linton, in Gamlingay park and Kingston wood. *Relb.* Near Worcester. *Dr. Stokes.* Near Virginia water. *Rev. Dr. Goodenough.* About Kirkstall Abbey near Leeds, Mr. Aikin; and at Shortwood, Pucklechurch, Gloucestershire, plentifully, Mr. Swayne; *With.* Very common in Yorkshire. *Sir T. Frankland, Bart.*

Perennis. Fl. Maio, Junio.

Radix fibrosa. Caules decumbentes, debiles, undique pilosi, foliosi. Folia petiolata, ovata, inciso-ferrata, tenuia, lucida, subpilosa. Racemi axillares, alterni, laxi, pauciflori. Flores pallidè cærulei, purpureo picti. Capsula orbiculato-didyma, compressa, acutè marginata, ciliata.

Chamæ- 12. *VERONICA* racemis lateralibus, foliis ovatis
drys. sessilibus rugosis inciso-ferratis, caule bifariam piloso.

Veronica Chamædrys. *Sp. Pl.* 17. *Syst. Veg.*
Ed. 14. 60. *Huds.* 6. *With.* 16. *Relb.* 6.
Sibth. 5. *Curt. Lond. fasc.* 1. *t.* 2. *Mart. Fl.*
Rust. 1. 66. *Fl. Dan.* *t.* 448.

V. Chamædrys sylvestris dicta. *Raii Syn.* 281.

Chamædrys. *Brunf. Herb.* *v.* 1. 125.

C. syl-

C. sylvestris. *Ger. em.* 657.

Angl. Germander Speedwell. Wild Germander.

In pratis, pascuis et ad sepes vulgaris.

Perennis. Fl. Maio.

Caules patuli, basi decumbentes, utrinque lineâ longitudinali pilosâ. Folia sessilia, ovata, inciso-ferrata, margine præcipuè pilosa. Racemi axillares, oppositi, multiflori, caulem superantès. Flores magni, formosi, lætè cærulei, extùs incarnati. Capsula obcordata, parva.

*** *Floribus solitariis.*

13. *VERONICA* floribus solitariis, foliis ovatis *agrestis*, inciso-ferratis pedunculo brevioribus, caulibus procumbentibus, feminibus urceolatis.

Veronica agrestis. *Sp. Pl.* 18. *Huds.* 7. *With.* 17.

Relb. 7. *Sibth.* 6. *Curt. Lond. fasc.* 1. t. 1.

Fl. Dan. t. 449.

V. floribus singularibus, in oblongis pediculis, chamædryfolia. *Raii Syn.* 279.

V. folio chamædryos. *Riv. Monop. Irr.* t. 99. f. 2.

Alfina foliis Triffaginis. *Ger. em.* 616.

A. media. *Fuchs. Hist.* 22.

Angl. Procumbent Speedwell. Germander Chickweed.

In arvis, ruderalis, cultis ubique.

Annua. Fl. ab Aprili usque ad Septembrem.

Caules plures, procumbentes, supernè simplices, teretes, pilosi. Folia sparsa, subsessilia, cordato-ovata, lætè ferrata. Pedunculi axillares, solitarii, uniflori, longitudine foliorum vel longiores, fructiferi recurvi. Calycis laciniae ovato-lanceolatae, obtusae, ciliatae. Corolla parva, lætè cyanea. Capsula didyma, ventricosa, hirta. Semina utrinque fena, umbilicato-concava, extùs corrugata.

arvensis. 14. VERONICA floribus solitariis, foliis ovatis inciso-ferratis; floralibus lanceolatis pedunculo longioribus, caule erecto.

Veronica arvensis. *Sp. Pl.* 18. *Huds.* 6. *With.* 12.

Relb. 8. *Sibth.* 6. *Curt. Lond. fasc.* 2. *t.* 2.

V. flosculis singularibus cauliculis adhærentibus.

Raii Syn. 279.

Alfne foliis Veronicæ. *Ger. em.* 613.

Alyssum. *Column. Phytob. t.* 28.

Angl. Wall Speedwell. Speedwell Chickweed.

In arvis ficcioribus, muris et ruderatis frequens.

Annua. Fl. Maio.

Caulis basi sæpius ramosus, erectus, spithamæus. Herba pallidior. Flores sessiles in axillis bractearum lanceolatarum, à foliis planè abscissum, quam ob rem inter spicatas recenseretur, modo non repugnaret affinitas cum præcedenti et sequentibus. Calycis lacinie lanceolatae inæquales, acutæ. Corolla pallidè cærulea. Capsula sessilis, erecta, obcordata, compressa. Semina elliptica, complanata, hinc medio scrobiculata.

hederifolia.

15. VERONICA floribus solitariis, foliis cordatis planis quinquelobis, laciniis calycinis cordatis, feminibus urceolatis.

Veronica hederifolia. *Sp. Pl.* 19. *Huds.* 7.

With. 17. *Relb.* 8. *Sibth.* 7. *Curt. Lond.*

fasc. 2. *t.* 1. *Fl. Dan.* 428.

V. flosculis singularibus, Hederulæ folio, Morsus gallinæ minor dicta. *Raii Syn.* 280.

V. folio hederæ. *Riv. Monop. Irr. t.* 99. *f.* 3.

Alfne hederacea. *Ger. em.* 616.

Alfnes quartum genus. *Fuchs. Ic.* 13.

Angl. Ivy-leaved Speedwell. Small Henbit.

In arvis, ruderatis, cultis ubique.

Annua. Fl. ab Aprili ad Septembrem usque.

Caules prostrati, simplices. Folia alterna, longius petiolata, reniformi-cordata, quinqueloba, lobo centrali maximo. Pedunculi foliis longiores. Calycis laciniae late cordatae, acutae, ciliatae. Corolla pallide caerulea. Capsula didyma, ventricosa. Semina magna, utrinque bina, umbilicato-concava, extus rugosa.

§ Linn., species revera distincta, gaudet laciniiis calycinis ellipticis, obtusis, undique hirtis, nec ciliatis.

16. VERONICA floribus solitariis, foliis supe-*triphyllos.*
rioribus digitato-partitis, pedunculis calyce
longioribus, seminibus complanatis.

Veronica triphyllos. *Sp. Pl.* 19. *Syst. Veg.*
Ed. 14. 60. *Huds.* 7. *With.* 17. *Engl. Bot.*
t. 26. *Fl. Dan.* t. 627. *Curt. Lond. fasc.* 6.
t. 2.

V. flosculis singularibus, foliis laciniatis, erecta.
Raii Syn. 280.

Alfina recta. *Ger. em.* 612.

Angl. Finger'd Speedwell. Upright Chick-
weed.

In arvis arenosis, sed rarius.

In several parts of the sandy tract of country which
connects Norfolk and Suffolk. Near Bury, *Sir*
John Cullum, Bart. Near Kossington, York-
shire; Mr. Tofield, *Huds.*

Annua. Fl. Aprili.

Caulis plerumque ramosus, ramis divaricato-patulis,
flexuosis. Folia infima integra, vix lobata; superiora
subsessilia, ad basin usque trifida, lobo centrali maximo,
obovato, lateralibus plerumque bipartitis. Flores lon-
gius pedunculati, erecti, ut et fructus. Calycis laciniae
obovato-oblongae, obtusae, ciliatae, inaequales. Corolla
saturate caerulea. Capsula orbiculata, emarginata, com-
pressa. Semina utrinque plurima, obovata, complanata.
Herba exsiccatione nigrescit,

17. VERO-

- verna.* 17. VERONICA floribus solitariis, foliis digitato-partitis, pedunculis calyce brevioribus, caule stricto.

Veronica verna. *Sp. Pl.* 19. *Syst. Veg. Ed.* 14. 60. *Huds.* 8. *With.* 13. *Rose Elem. App.* 444. t. 2. f. 1. *Engl. Bot. t.* 25. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 10. 1. *Fl. Dan. t.* 252.
Angl. Vernal Speedwell.

In arvis arenosis aridis.

Near Bury. *Sir John Cullum, Bart.* At Foulden, Norfolk. *James Crowe, Esq.*

Annua. Fl. Aprili.

Habitu, colore pallido nunquam exsiccatione nigrescente, figurâ feminum, et situ florum, V. arvensi proxima; at foliis profundè divisis, lobo centrali obovato, obtuso ut in præcedente, floralibus etiam tripartitis, abundè discrepat. Caulis vix digiti longitudine, strictus, sæpè ramosus. Calycis lacinia lanceolata, acutæ, subæquales. Capsula obcordata, compressa.

10. PINGUICULA. *G. Pl.* 13. *Juss.* 98.
Gærtn. t. 112.

Cor. ringens, calcarata. *Cal.* bilabiatus, quinquefidus. *Caps.* supera, unilocularis.

lusitana.

1. PINGUICULA nectario obtuso petalo brevior, scapo villoso, capsulâ globosâ.

Pinguicula lusitanica. *Sp. Pl.* 25. *Huds. Ed.*

1. 7. *Engl. Bot. t.* 145. *With.* 18. *Cullum.* 6.

P. villosa. *Huds.* 8. *Lightf.* 77. t. 6.

P. flore minore carneo. *Raii Syn.* *281.

Viola palustris, Pinguicula dicta, Lusitanica.
Griseb. Virid. 84.

Angl. Pale Butterwort.

Ad paludum margines.

In Hampshire, Dorsetshire, Devonshire and Cornwall plentifully. *Huds.* In the Isle of Skye. *Rev. Mr. Stuart.* Near Air, and in the island of Lamlash; *Dr. Hope.* *Huds.* On Croagh Patrick, in the county of Mayo, Ireland. *A. B. Lambert, Esq.* Stoneham Park, Hampshire. *Sir Jos. Banks, Bart.* On many parts of the heath which, beginning at Yellow Ham hill near Dorchester, extends eastward, with little interruption, into Hampshire. In Purbeck, by Sandford bridge near Wareham, and about the midway between Wareham and Woodbury hill; also on Canford heath between Wimborne and Poole, and in several other places about Poole. It is usually found on the borders of bogs, and is abundantly more frequent in these counties than *P. vulgaris*. *Dr. Pulteney.*

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Tota planta pubescit. Folia tenella, pallidè virentia, venis rubris picta, margine involuta. Scapi basin versus imprimis pubescentes, pilis viscidis. Calyx ferè æqualis. Corollæ segmenta obcordata, æqualia; calcar basi inflato-conicum, dein paulò constrictum, apice obtusum, compressum. Germen pubescens. Capsula globosa, glabrata.

2. PINGUICULA nectario cylindræo acuto longitudine petali, capsulâ ovatâ.

Pinguicula vulgaris. *Sp. Pl.* 25. *Huds.* 8.

With. 18. *Relb.* 8. *Sibth.* 7. *Abbot.* 5. *Engl.*

Bot. t. 70. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 3. 1. *Fl.*

Dan. t. 93.

P. Gesneri. *Raii Syn.** 281. *Baub. Hist. v.* 3. 546.

P. five Sanicula Eboracensis. *Ger. em.* 788.

Butterwort. *Pet. H. Brit. t.* 35. f. 7.

Angl.

Angl. Common Butterwort. Yorkshire Sannicle.

In palustribus spongiosis, et ericetis humidis.
Plentiful throughout the north of England, and Scotland, as well as in Norfolk.

Perennis. Fl. Maio, Junio.

Planta glabra. Folia minùs involuta. Scapi glabri, apice tantum subpubescentes. Corolla violacea, limbo inæquali; calcar subulatum, acutum. Capsula ovata.

11. UTRICULARIA. *G. Pl.* 14. *Juss.* 98.

Cor. ringens, calcarata. *Cal.* diphyllus, æqualis.
Caps. supera, unilocularis.

vulgaris. 1. UTRICULARIA nectario conico, scapo paucifloro.

Utricularia vulgaris. *Sp. Pl.* 26. *Huds.* 8.

With. 19. *Relb.* 9. *Sibth.* 7. *Abbot.* 5.

Engl. Bot. t. 253. *Fl. Dan.* t. 138.

Lentibularia. *Raii Syn.* *286.

Millefolium palustre galericulatum. *Ger. em.* 828.

Great Bladder-snout. *Pet. H. Brit.* t. 36. f. 11.

Angl. Common Bladderwort, or Hooded Millefoil.

In aquis stagnantibus, paludibus, fossis et piscinis.

Perennis. Fl. Julio.

Herba ramosissima, sub aquâ natans, foliis minimis, fetaceis, alternis, sæpè utriculo compresso, aëre inflato, comitatis. Scapus supra aquam exsertus, erectus, teres, racemo 3 ad 8-floro terminatus. Bractææ solitariae, lanceolatae. Flores speciosi, lutei, lineis rubris. Nectarium incurvum, acutum, labio ferè æquale.

minor. 2. UTRICULARIA nectario carinato brevissimo obtuso.

Utricu-

Utricularia minor. *Sp. Pl.* 26. *Huds.* 9. *With.* 20.

Relb. 10. *Abbot.* 6. *Engl. Bot.* t. 254. *Fl.*

Dan. t. 128. *Schmidel.* *lc.* t. 21. f. 1.

Lentibularia minor. *Raii Syn.* *286.

Small Bladder-snout. *Pet. H. Brit.* t. 36. f. 12.

Angl. Lesser Hooded Milfoil.

In fossis et paludibus rariùs.

In the river on Hounslow heath; Mr. Dandridge.

Dill. On turfy bogs in Westmoreland and Cum-

berland, and near Glastenbury, Somersetshire,

plentifully. *Huds.* On Gamlingay bogs, Cam-

bridgeshire. *Relb.* At Cawston decoy, Norfolk.

Rev. Mr. Bryant. Near Yarmouth. *Mr. Dawson*

Turner. In little ditches on St. Faith's bogs,

near Norwich, along with the *U. vulgaris*.

Perennis. *Fl.* Julio.

A vulgari discrepat herbâ teneriori, at præcipuè floribus minoribus pallidioribusque, et nectario brevissimo, obtuso, vix calcarato.

12. LYCOPUS. *G. Pl.* 15. *Juss.* 111.

Cor. quadrifida: laciniâ unicâ emarginatâ. *Stam.*

distantia. *Sem.* quatuor, nuda, retusa.

1. LYCOPUS foliis sinuato-ferratis.

europæus.

Lycopus europæus. *Sp. Pl.* 30. *Huds.* 9. *With.* 20.

Relb. 10. *Sibth.* 8. *Abbot.* 6. *Curt. Lond.*

fasc. 3. t. 2.

L. palustris glaber. *Raii Syn.* 236.

Marrubium aquaticum. *Ger. em.* 700.

Pseudo-marrubium palustre. *Riv. Monop. Irr.*

t. 22.

Angl. Water Horehound. Gypsywort.

Ad

Ad ripas rivulorum et lacuum, solo fabuloso.

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Herba inodora; flores quandoque suaveolentes. Affinis Menthæ, etiam foliis subtus resinoso-punctatis. Caulis tetragonus. Folia opposita. Verticilli multiflori, albi. Variat foliis profundè pinnatifidis, magis vel minùs villosis, vix unquam omninò glabris.

13. SALVIA. *G. Pl.* 17. *Juss.* 111. *Gærtn. t.* 66.

Cor. inæqualis. *Filamenta* transversè pedicello affixa. *Sem.* quatuor, nuda.

pratensis. 1. SALVIA foliis cordato-oblongis crenatis: summis amplexicaulibus, verticillis subnudis, corollis galeâ glutinosis.

Salvia pratensis. *Sp. Pl.* 35. *Huds.* 10. *With.* 21. *Sibth.* 8. *Abbot.* 6. *Engl. Bot. t.* 153.

Sclarea pratensis foliis serratis flore cæruleo. *Dill. in Raii Syn.* 237.

Horminum sylvestre. *Fuchs. Hist.* 569.

H. sylvestre Fuchsi. *Ger. em.* 769.

H. pratense. *Riv. Monop. Irr. t.* 36.

Angl. Meadow Clary.

In pratis ficcis et ad sepes rariùs.

Near Cobham in Kent (not Essex), *Raii Syn.* and

Mr. Jacob Rayer. Common in Surrey and Suffex.

Dr. Stokes. At Wick-cliffs, Gloucestershire; *Mr.*

Swayne. *With.* Between Middleton Stoney and

Audley, Oxfordshire. *Sibth.* In a pasture near

Ford-End Farm, Bedford; *Rev. T. O. Marsh.*

Abbot.

Perennis. Fl. Julio.

Planta formosa, corollis magnis, cæruleo-violaceis, fornicatis, conspicua. Verticilli sexflori, bracteis vix calyce longioribus. Folia rugosa, parùm aromatica.

2. SAL-

2. *SALVIA* foliis serratis sinuatis læviusculis, co-
rollis calyce angustioribus. *verbenaca.*

Salvia verbenaca. Sp. Pl. 35. Huds. 10. With. 21.

Relb. 10. Sibth. 8. Abbot. 7. Engl. Bot. t. 154.

Curt. Lond. fasc. 6. t. 1.

Horminum sylvestre Lavendulæ flore. Raii Syn.
237.

Near Guildford, with the preceding. *Huds.* Plentiful

tiful about Elden in Suffolk, *Ray*; and at Witchingham near Norwich, (but not found there at present.) In Battersea fields, and in sandy fields between Brandon and Moundeford, Norfolk; also near Henham, between Beccles and Saxmundham, Suffolk. *Lightf. Herb.*

Annua. Fl. Julio.

Radix fibrosa. Culmi numerosi, decumbentes, geniculati, ramosi, pedales vel sesquipedales, striati, glabri. Folia læviuscula, quandoque pilosa, vaginis propriis breviora. Vaginæ striatæ, subinde pilosæ, tuberculis adspersæ raris, minutis, apice subexcavatis, subinde piliferis. Spicæ terminales, umbellatæ, erecto-patentes, in plantâ luxurianti numerosæ et dein parum remotæ vel alternæ. Rachis partialis indivisa, alata, flexuosa, multiflora, basi interiore quandoque, nec semper, nodosa. Flores secundi, per paria alterni, altero pedicellato. “Glumæ calycinæ sæpe quaternæ” (*Curtis*), “hinc verum Panicum, nec distincti generis, censerî oportet; conjungit nempe cum Panicis Digitaliam Halleri et Jusseui.” *Stokes*. Ipse in speciminibus indigenis duas tantum inveni, in exoticis aliquando tres; hæ valde inæquales, nervosæ, corollinis oppositæ.

5. PANICUM spicis digitatis basi interiore villosis, *dactylon*, floribus solitariis, calycibus æqualibus corollæ alternis, sarmentis repentibus.

Panicum Dactylon. *Sp. Pl.* 85. *Huds.* 25. *With.* 116. t. 21. *Dicks. Dr. Pl.* 53. *H. Sicc. fasc.* 11. 1.

Gramen repens cum paniculâ graminis Mannæ. *Raii Syn.* 399. *Herb. Buddle.*

G. dactylon folio arundinaceo minus. *Baub. Theatr.* 114. *Morif. sect.* 8. t. 3. f. 4.

G. dactiloides radice repente. *Ger. em.* 28. *Angl.* Creeping Panick-grass.

In arenosis maritimis Cornubiæ.

About Pensance and Marketjeu. *F. Borone.*

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Radix sublignosa, repens, geniculata, longissima, glabra, radiculis ramosissimis, lævibus, sarmenta exferens longissima, prostrata vaginis brevifoliis vestita. Culmi 3 vel 4 unciales, basi geniculato decumbentes, foliosi, striati, glabri. Folia linearia, acutissima, hirta, vaginisque striatis albidis. Stipulæ fetosæ. Spicæ 3 vel 4, umbellatæ, purpurascens, erecto-patentes. Rachis partialis flexuosa, angulata, nec alata. Flores solitarii, numerosi, secundi. Calyx e glumis binis, lanceolatis, carinatis, æqualibus, lateralibus. Corolla calyci alterna, ovata, lævis.

25. PHLEUM. *G. Pl.* 33. *Gertn. t.* 1. *Juss.* 29.

Cal. bivalvis, truncatus, acuminatus, sessilis, uniflorus, corollam includens.

pratense. 1. PHLEUM spicâ cylindricâ longissimâ, glumis dorso ciliatis aristâ longioribus.

Phleum pratense. *Sp. Pl.* 87. *Huds.* 25. *With.* 117.

Relb. 23. *Sibth.* 34. *Leers.* 17. *t.* 3. *f.* 1.

Schreb. Gram. 102. *t.* 14. *Mart. Fl. Rust.* t. 5.

Gramen typhinum majus, seu primum. *Raii Syn.* 398. *Ger. em.* 11.

G. typhoides maximum, spicâ longissimâ. *Morif. sect.* 8. *t.* 4. *ord.* 3. *f.* 1. *Baub. Theatr.* 49.

β. *Huds.* 26.

Gramen typhinum minus. *Raii Syn.* 398. *Ger. em.* 12.

G. typhoides medium five vulgatissimum. *Morif. sect.* 8. *t.* 4. *ord.* 3. *f.* 2.

γ. *Huds.* 26.

Phleum nodosum. *Sp. Pl.* 88. *Relb.* 23. *Sibth.* 34. *Leers.* 17. *t.* 3. *f.* 2.

Gramen nodosum spicâ parvâ. *Raii Syn.* 398. *Baub. Theatr.* 20.

G. typhoides minus, nodosum. *Morif. sect.* 8. *t.* 4. *ord.* 3. *f.* 3.

Angl.

Angl. Common Cat's-tail-grafs. Timothy-grafs.

In pratis et pascuis humidis. β in locis sterilibus et ad vias. γ in apricis, soloque sterili rariùs inundato.

Perennis. Fl. a Junio ad Octobrem usque.

Radix fibrosa, in β parum tuberosa, in γ bulbosa, bulbis ovatis. Culmi erecti, 3 vel 4-pedales, striati, foliosi, superne nudi; in β et γ basi decumbentes, et breviores. Folia scabriuscula, vaginis cylindricis, longis, striatis; stipula brevissima, obtusa, membranacea. Spica solitaria, erecta, cylindrica, obtusa, e floribus numerosissimis, confertis; in α 4 vel 5-uncialis, in β et γ vix biuncialis. Glumæ calycinae in omnibus virides, nervis, margineque membranaceo interiore, albis, carinâ ciliatis, aristis brevibus, subdivaricatis. Antheræ purpureæ.

“Variat in insulâ Monâ floribus viviparis.” *D. Davies.*

2. PHLEUM spicâ ovato-cylindraccâ, aristis lon- *alpinum.*
gitudine glumarum.

Phleum alpinum. *Sp. Pl.* 88. *Fl. Lapp. Ed.* 2.
20. *Dicks. Tr. of Linn. Soc. v.* 2. 288. *Engl.*
Bot. t. 519. *Fl. Dan. t.* 213. *With.* 119.

Gramen typhoides alpinum, spicâ brevi, densâ,
et veluti villosâ. *Scheuchz. Agrost.* 64. *Prod.*
t. 3.

Angl. Alpine Cat's-tail-grafs.

In pratis alpinis Scotiæ.

On mountains near Garway moor. *Dickson.*

Perennis. Fl. Julio.

Radix tuberosa, subrepens. Culmus solitarius, adscendens, pedalis, subinde sesquipedalis, foliosus, superne nudus, striatus, glaber. Folia margine scabra, stipulis brevissimis subdeltoidibus, nec retusis; inferiora vaginis brevibus, cylindraccis; superiora vaginis inflatis,

folio longioribus. Spica vix uncialis, ovato-cylindrica, obtusa, atro-purpurea. Glumæ calycinæ longius ciliatæ, subdivaricatæ, nervis viridibus, aristis rectis, glumarum fere longitudine, purpureis.

paniculatum.

3. PHLEUM paniculâ cylindricâ spiciformi, glumis nudis fursum incrassatis, culmo ramoso.

Phleum paniculatum. *Huds.* 26, exclusis synonymis forsan omnibus. *With.* 117. *Relb. Suppl.* 1. 8.

Phalaris paniculata. *Ait. Hort. Kew.* v. 1. 87, *Sibth. Ox.* 34.

Ph. aspera. *Retz. Obs.* 4. 14.

Gramen typhinum paniceum utriculatum amplo utriculo. *Barrel. Ic. t.* 28. *f.* 2.

Angl. Panicked Cat's-tail-grass.

In pratis, campis elatis et muris.

Below King's Weston near Bristol, and on Newmarket heath. *Huds.* Near Bourn bridge. *Mr. Crowe.* Corn-fields near Newmarket. *Relban.*

Annua. Fl. Julio.

Radix fibrosa, parva, annua proculdubio. Culmi plures, ramosi, subpedales, adscendentes, geniculati, foliosi, glaberrimi, basi attenuati. Folia plurima, erecta, asperiuscula, nuda, vaginis longis, subinflatis, striatis, nudis; stipulæ membranaceæ, laceræ. Panicula solitaria, recta, 2—4 uncialis, virens, cylindrica, densa, acutiuscula, omnino spiciformis, sed in lobos compositos divisibilis, tactu aspera, e floribus numerosissimis, imbricatis, rigidis, constans. Calyx cuneiformis, oculo armato scaber, superne gibbosus, e glumis duabus æqualibus, cuneatis, gibbis, angulosis, obtusissimè truncatis, mucronulatis, subdivergentibus; margine interiori rectangulo, vix membranaceo; carinâ imberbi. Corolla bivalvis, inæqualis, calyce brevior. Antheræ parvæ, subrotundæ, albidæ.

Gramen adhuc valde obscurum, certè Phleum, nec Phalaris, quod bene descripsit Hudsonus, quamvis synonyma

et

et ipse et omnes male intellexere. Halleri et Bauhini citationes conscribere, prout dubias, nolui. Barrelieri *t.* 54. est Phalaridis (vel forsitan Crypseos *Hort. Kew.* species) Gallo-provinciæ indigena, quam e Cel. Gerardo habui.—Phleum paniculatum in Horto Parisiense colitur sub nomine Phalaridis asperæ Jusseui. *Herb. Thouin. N.* 211.

4. PHLEUM paniculâ spicatâ, glumis linearibus *crinitum*.
basi subventricosus hispidis aristatis: aristis capillaceis longissimis.

Phleum crinitum. *Schreb. Gram.* 151. *t.* 20.
f. 3. *With.* 64.

Alopecurus aristatus. *Huds.* 28.

A. monspeliensis. *Sp. Pl.* 89. *With.* 121.

A. maxima Anglica. *Raii Syn.* 396. paludosa.
Morif. sect. 8. *t.* 4. *ord.* 2. *f.* 3.

Gramen alopecurum majus, spicâ virescente divulsâ, pilis longioribus. *Barrel. Ic.* *t.* 115.
f. 2.

β. *Huds.*

Alopecurus paniceus. *Sp. Pl.* 90. *With.* 121.

Cynosurus paniceus. *Sp. Pl. ed.* 1. 73.

Gramen alopecurum minus, spicâ virescente divulsâ. *Barrel. Ic.* *t.* 115. *f.* 1.

Angl. Bearded Cat's-tail-grass.

In pratis maritimis udis rariùs.

Near Portsmouth, and in ditches on the Essex coast. *Ray.* Near Cley, Norfolk, *Mr. Humphrey.*
Herb. D. Rose.

Annua. Fl. Julio, Augusto.

Radix fibrosa, parva. Culmi plures, erectiusculi, geniculati, teretes, lævissimi, glabri, foliosi. Folia striata, margine nervisque scabra, vaginis longis striatis, glabris, stipulâ membranaceâ, lacerâ, nervosâ, extus scabrâ. Panicula erecta, densa, spiciformis, e spiculis composita ternis vel quaternis, secundis, lobatis et ramosis.

Flores numerosi, congesti, pedicellati, secundi, parvi. Glumæ calycinæ æquales, lineari-lanceolatae, compressæ, pubescenti-hispidae, superne virides, margine membranaceo, retuso, albo; arista terminalis alba, scabra, glumâ duplo longior. Corolla bivalvis; valvulâ exteriori majore, brevius aristatâ, alteram imberbem amplectente.

Varietas β minor et quodammodo tenerior est, nullam tamen differentiam in floribus inveni, examinatis exemplariis ipsius Linnæi.

Optimè ut videtur ad Phleum retulit hanc speciem Celeberrimus Schreberus.

26. ALOPECURUS. *G. Pl.* 33. *Gærtn. t.* 1. *Juss.* 29:

Cal. bivalvis, uniflorus. *Cor.* univalvis.

pratensis. 1. ALOPECURUS culmo erecto lævi, spicâ sublobatâ, glumis calycinis villosis basi connatis.

Alopecurus pratensis. *Sp. Pl.* 88. *Huds.* 27.

With. 119. *Curt. Lond. fasc.* 5. *t.* 5. *Relb.* 24.

Sibth. 34. *Schreb. Gram.* 133. *t.* 19. *f.* 1.

Leers. 15. *t.* 2. *f.* 4. *Mart. Fl. Rust.* *t.* 6.

Gramen Alopecuro simile glabrum cum pilis longiusculis in spicâ. *Raii Syn.* 396.

G. alopecuroides majus. *Ger. em.* 10.

G. alop. spicâ longiore medium vulgare, folio lanuginoso. *Morif. sect.* 8. *t.* 4. *f.* 8. ex amanuensis errore in *Mant.* 324 excluditur.

Angl. Meadow Fox-tail-grass.

In pratis et pascuis ubique, pecoribus gratum.

Perennis. Fl. Maio.

Radix fibrosa. Culmus bipedalis, erectus, foliosus, lævis. Folia glabriuscula, glaucescentia, stipulâ brevi, subpubescente. Spica simpliciuscula, vix paniculata, densa, erecta, biuncialis, mollis, multiflora. Glumæ omnes fere æquales, lanceolatae, compressæ, albæ, lineis utrinque duabus, viridibus, longitudinalibus, pictæ; calycinæ ad carinam præcipuè sericeo-villosæ, muticæ; glumæ

gluma corollina solitaria, glabra nisi carinæ apicem
versus, basi aristata; arista geniculata, flore duplo
longior, nuda.

2. *ALOPECURUS* culmo erecto scabriusculo, *agrestis*.
spicâ simplicissimâ attenuatâ, glumis nudiuf-
culis basi connatis carinâ dilatatis.

Alopecurus agrestis. *Sp. Pl.* 89. *Huds.* 27.
With. 119. *Relb.* 24. *Sibtb.* 35. *Schreb.*
Gram. 140. t. 19. f. 2. *Leers.* 16. t. 2. f. 5.
Mart. Fl. Rust. t. 22.

A. myosuroides. *Huds. ed.* 1. 23. *Curt. Lond.*
fasc. 2. t. 7.

Gramen myosuroides majus, spicâ longiore, aristis
rectis. *Raii Syn.* 397.

G. alopecuroides spicâ longâ tenuiore. *Morif.*
sect. 8. t. 4. f. 12.

G. alopecurinum minus. *Ger. em.* 11.

- β. *G. myosuroides minus*, spicâ brevior, aristis
recurvis. *Raii Syn.* 397. *Herb. Buddle.*

Varietas parva, fusca, e situ aprico sterili.

Angl. Slender Fox-tail-grass.

In arvis et ad vias.

Annua. Fl. Julio.

Radix fibrosa, parva, annua ni fallor. Culmus sesqui-
pedalis, erectus, foliosus, apice nudo, scabriusculo.
Folia supra scabra, stipulâ lanceolatâ, pubescente.
Spica fere triuncialis, erecta, gracilis, acuta, multiflora,
subinde purpurascens. Glumæ subæquales, præcedente
majores, minusque pubescentes, albo viridique variæ,
nervis prominentibus; calycinæ basi villosæ, connatæ,
carinâ dilatatâ subpubescente, muticæ; gluma corol-
lina glabra, basi aristata; arista geniculata, flore duplo
longior, oculo armato scabra, exsiccatione recurva.

3. *ALOPECURUS* culmo erecto, spicâ simpli- *bulbosus*.
cissimâ attenuatâ, glumis calycinis distinctis
villosis, radice bulbosâ.

Alope-

Alopecurus bulbosus. Sp. Pl. 1665. With. 120.

A. geniculatus β . *Huds. 27.*

Gramen myosuroides nodosum. Dill. in Raii Syn. 397. t. 20. f. 2.

G. typhinum phalaroides, pilosâ spicâ, aquaticum bulbosum. Barrel. Ic. t. 699. f. 1.

Angl. Bulbous Fox-tail-grass.

In aquosis maritimis, rariùs.

Salt marshes near Yarmouth. Mr. Woodward.

Cardiff marshes, Glamorganshire; and near the Aust passage. Lightf. Herb.

Perennis. Fl. Julio.

Radix bulbosa, cæspitosa, fibras e parte inferiori emittens, membranâ fuscâ, striatâ, tunicata. Culmus solitarius, vix pedalis, simplicissimus, erectus, basi parum decumbens, foliosus, binodis, striatus, glaber. Folia glabra; radicalia pauca, brevia; caulina fere linearia, patentia, longitudine vaginarum. Stipula brevis, striata. Spica sesquiuncialis, erectiuscula, simplicissima, gracilis, acuta, multiflora. Glumæ calycinæ parum inæquales, acutæ, muticæ, basi omnino discretæ, nervis carinæque (non dilatatâ) villosæ; corollina emarginata, basi aristata ut in prioribus.

Species procul dubio distincta, ab A. geniculato diversissima, spicâ et structurâ florum A. agresti magis quidem affinis.

geniculatus.

4. **ALOPECURUS** culmo adscendente geniculato, spicâ sublobatâ cylindricâ, glumis retusis pilosis.

Alopecurus geniculatus. Sp. Pl. 89. Huds. 27. With. 120. Relb. 25. Sibth. 35. Curt. Lond. fasc. 5. t. 6. Leers. 16. t. 2. f. 7. Mart. Fl. Rust. t. 97.

Gramen aquaticum geniculatum spicatum. Raii Syn. 396.

G. fluviatile spicatum. Ger. em. 14.

Gramen aquaticum spicatum. *Park. Theatr.*
1275.

G. alopec. fluviatile geniculatum procumbens.
Morif. sect. 8. t. 4. f. 15.

β. G. fluviatile album. *Dill. in Raii Syn. 396.*

γ. Radice bulbosâ. *Huds. 27. With. 60.*

Angl. Floating Fox-tail-grass.

In aquosis et stagnis frequens. γ in muris, soloque
sterili, exsiccat.

Perennis. Fl. Julio.

Radix e fibris longissimis, simplicissimis. Culmī natantes,
longissimi, geniculati, geniculis inferioribus radican-
tes, apice adfurgentes, foliosi, ramosi, glabri. Folia glabri-
uscula. Stipula albida, tenuissima. Spica cylindrica,
brevis, obtusiuscula, in lobos divisibilis, multiflora, pur-
purascens, in β albida. Glumæ præcedentibus duplo
minores, subæquales, obtusissimæ; calycinæ longius
pilosæ; corollina crenata, glabra, basin versus aristata;
arista geniculata, longitudine varia. Radix in ficcis
bulbosa evadit, culmo erectiusculo: hanc varietatem
cum A. *bulboso* vero confudit Hudsonus.

27. MILIUM. *G. Pl. 33. Juss. 29.*

Cal. bivalvis, uniflorus, tumidus. Cor. bivalvis,
brevissima. Stigmata villosa.

1. MILIUM floribus paniculatis diffusis muticis. *effusum.*

Milium effusum. Sp. Pl. 90. Huds. 29. With. 122.

Relb. 25. Sibth. 35. Curt. Lond. fasc. 4. t. 12.

Leers. 18. t. 8. f. 7.

Gramen miliaceum. *Raii Syn. 402. Ger. em. 6.*

G. sylvaticum, paniculâ miliaceâ sparsâ. *Morif.*
sect. 8. t. 5. f. 10.

Angl. Millet-grass.

In nemorosis humidis frequens.

Annua.

Annua. Fl. Junio, Julio.

Radix fibrosa. Culmi plures, erecti, tripedales, foliosi, glabri, striati. Folia latiuscula, plana, margine tantum scabra. Stipula ovata, lacera. Panicula terminalis, erecta, laxa, multiflora; ramuli patentes, capillares, ramosi, flexuosi, supernè scabri, fasciculati, fasciculis alternatim per rachin communem positis, unde primo intuitu verticillata videtur panicula. Glumæ ovatæ, concavæ; calycinæ tenuiores, trinerviæ, scabriusculæ; corollinæ calyci contrariæ, subcorneæ, nitidæ, alterâ latiore, alteram amplectente. Stamina glumis duplo longiora, sub anthesin exstantia. Stigmata lateraliter exserta, plumosa.

lendigerum.

2. MILIUM paniculâ subspicatâ, floribus aristatis.

Milium lendigerum. *Sp. Pl.* 91. *With.* 122.

Schreb. Gram. vol. 2. 14. t. 23. f. 3.

Agrostis australis. Linn. Mant. 1. 30.

A. rubra. Hudf. ed. 1. 26.

A. ventricosa. Gouan. Hort. 39. t. 1. f. 2.

Alopecurus ventricosus. Hudf. ed. 2. 28.

Panicum serotinum arvense spica pyramidata.

Raii Syn. 394.

Gramen Alopecuro accedens, ex culmi geniculis spicas cum petiolis longiusculis promens.

Pluk. Phyt. t. 33. f. 6.

Angl. Panick Millet-grass.

In arvis, præcipuè ubi aquæ stagnarunt, sed rariùs.

In the Isle of Shepey plentiful. *Hudf.* Corn-fields

at Gillingham, Norfolk. *Mr. Woodward.* Corn-

fields at Weymouth plentifully. *Lightf. Herb.*

Annua. Fl. Augusto.

Radix exigua, fibrosa. Culmus subsolitarius, basi subinde ramosus, pedalis, erectus, foliosus, lævissimus, plerumque trinodis. Folia utrinque scabra, vaginâ subventricosâ, stipulâ striatâ lacera. Panicula erecta, uncialis, bi- vel tri-uncialis, densa, spiciformis, ramulis erectis, adpressis, ramosis. Flores albidî, nitidi, adscendentes. Calyx basi tumidus, lævissimus; supernè compressus,

compressus, exasperatus; apice membranaceus, acutus, valvulis parum inæqualibus. Corolla bivalvis, calyce triplo brevior; valvula exterior ovata, concava, retusa, infra apicem aristata, aristâ geniculatâ; interior minutissima, tenuissima, mutica. Semen compressum, nitidum, fuscum, corollâ vestitum.

28. AGROSTIS. *G. Pl.* 33. *Juss.* 29.

Cal. bivalvis, uniflorus: valvulis acutis. *Cor.* bivalvis, inæqualis, calyce major. *Stigmata* plumosa.

* *Aristatæ.*

1. AGROSTIS petalo exteriori aristâ rectâ strictâ *Spica* longissimâ infra apicem, paniculâ patulâ. *venti.*

Agrostis Spica venti. Sp. Pl. 91. *Huds.* 30.

With. 126 *Relb.* 26. *Leers.* 19. *t.* 4. *f.* 1.

Gramen miliaceum majus, glumis aristatis, spadiceis et pallidis. Raii Syn. 405.

G. harundinaceum. Ger. em. 5.

G. agrorum venti spica. Park. Theatr. 1158.

Angl. Silky Bent-grass.

Inter segetes, solo arenoso et sub humido minùs frequens.

In Gayton field and Witton field, Norfolk. *Mr. Crowe.* Near Kingston upon Thames, plentifully. *Rev. Dr. Goodenough.* St. Faith's near Norwich; and at Warrington, Lancashire.

Annua. Fl. Junio, Julio.

Radix e fibris numerosis, tortuosis, basi incrassatis, statim attenuatè capillaceis. Culmi plures, tripedales, basi præcipuè geniculati, foliosi, læves. Folia latiuscula, supra pubescentula, subtus scabra. Stipula laciniata. Panicula amplissima, subsecunda; ramulis semiverticillatis, patentibus, inæqualibus, ramosissimis multifloris, angulatis, scabris. Glumæ albidæ vel spadiceæ, carinâ scabræ; calycinæ acuminatæ, muticæ, parum inæquales;

inæquales; corollina exterior paulò infra apicem aristata, interiorem muticam, longèque tenuiorem, amplectens; arista scabra, flore quintuplo longior.

canina. 2. AGROSTIS calycibus ovatis coloratis, corollâ nudâ: aristâ dorsali incurvâ, culmis prostratis subramosis.

Agrostis canina. *Sp. Pl.* 92. *Huds.* 30 (α).
Relb. 26. *Sibth.* 36.

A. vinealis. *With.* 127.

Angl. Brown Bent-grass.

In pratis et pascuis humidiusculis.

Perennis. Fl. Julio.

Culmi decumbentes, pedales vel tripedales, foliosi. Folia utrinque scabra. Panicula erecta, semiverticillata. Flores ovati, nitidi, basi purpurascens. Glumæ calycinæ ovatæ, minùs patulæ, parum inæquales, exterior dorso scabra, interior lævis. Corolla calyce paulò brevior, albida. Arista e basi ferè valvulæ majoris, eaque duplo longior, fuscescens, medio geniculata, inflexa.

littoralis. 3. AGROSTIS calycibus lineari-lanceolatis aristatis, corollâ nudâ: aristâ sub-terminali rectâ, culmis decumbentibus.

Agrostis littoralis. *With.* 129. t. 23. corolla ex errore mutica delineatur.

Angl. Sea-side Bent-grass.

In littoribus marinis lutosi.

In salt marshes near Cley, Norfolk. *Rev. Mr. Bryant.* *Herb. D. Rose.*

Perennis. Fl. Augusto.

Radix repens ramosa. Culmi basi decumbentes, geniculati, subpedales, simplices, foliosi, glabri. Folia latiuscula, plana, nervosa, utrinque margineque scabra. Stipula striata, subpubescens, minùs lacera. Panicula erecta, bi-vel tri-uncialis, densa, lobata, semiverticillata, pedunculis capillaribus, scabris. Flores albidis, apice virentes

virescentes vel purpurascens. Glumæ calycinæ linearilanceolatæ, patentes, subæquales, carinâ scabræ, aristis terminalibus, rectis, longitudine valvularum. Corolla calyce paulo brevior, alba. Arista ex apice ferè valvulæ majoris, recta, brevis, subinde calycem vix excedente.

4. AGROSTIS calycibus lanceolatis corollâ basi *setacea*, aristatâ; aristâ geniculatâ, foliis radicalibus setaceis.

Agrostis setacea. *Curt. Lond. fasc. 6. t. 12.*

A. alpina. *With. 128.*

A. mutabilis. *Sibth. 36?*

A. canina β & γ . *Huds. 30, 31.*

Angl. Bristly Bent-grass.

In ericetis aridis.

In the west of England frequent. *Earl of Gainborough*, and *the Rev. Dr. Goodenough*. Seacoast near Weymouth. *Duchess Dowager of Portland. Herb. Lightf.*

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Radix fibrosa, tomentosa. Culmus spithamæus, foliosus, declinatus. Folia pallidè viridia, glaucescentia, scabriuscula; radicalia setacea, cæspitosa, erecta, vaginis albidis; caulina solo fertiliori dilatata, striata. Stipula alba, tenuis, erecta, apice erosa. Panicula albida, erecta, semiverticillata; pedunculis erectiusculis, ramosis, scabris. Flores lanceolati, attenuati. Glumæ calycinæ angustè lanceolatæ, acutæ, clausæ, parum inæquales, albidæ, carinâ virescente, scabrâ, apice subinde purpurascens. Corolla calyce duplo brevior, tenuissima; valvula exterior basi aristata, aristâ calycem excedente, albâ, ultra medium geniculatâ.

* * *Muticæ.*

5. AGROSTIS paniculâ patente: ramulis divaricatis capillaribus, calycibus æqualibus, petalo interiore duplo breviori retuso.

Agrostis

Agrostis vulgaris. With. 132.

A. tenuis. Sibth. 36.

A. capillaris. Relb. 27. Leers. 20. t. 4. f. 3.

A. polymorpha α. Hudsf. 31.

Gramen miliaceum locustis minimis, paniculâ fere arundinaceâ. *Raii Syn. 402.*

β. A. canina. With. 127.

Nulla modo ab *α* differt nisi quod aristata est.

γ. A. pumila. Linn. Mant. 1. 31. Relb. 28.

Lightf. 1081. Ic. in titulo vol. 2. malè.

Variat corollâ aristatâ. *D. H. Bryant*; nec rarò *D. Goodenough.*

δ. Corollâ post anthesin elongatâ. With. 133. var. 3.

Angl. Fine Bent-grass.

In pratis, pascuis, et versuris agrorum vulgaris.

Perennis. Fl. Julio.

Radix e fibris numerosis, capillaribus, subinde repens.

Culmi erecti, glabri, striati, foliosi, altitudine varii.

Folia angusta, acuta, scabriuscula, longissimè vaginata;

stipula brevissima, erosa, mutica, decurrens. Panicula

erecta, purpurascens, alternatim semiverticillata, ra-

mulis patentibus, capillaribus, flexuosis, trichotomis,

dichotomis et subdivisis, læviusculis. Flores ovato-

lanceolati. Calycis valvulæ subæquales, lanceolatae,

acutæ, muticæ, patentes; basi purpureæ; margine

scariosæ. Petala tenuissima, albida; exterius calyci

fere æquale; interius duplo brevius, retusum. Antheræ

fusco-flavæ, longitudine corollæ.

Ab *A. capillari* verâ Linnæi omnino diversa. Conf. *Plant. Ic. ex Herb. Linn. tab. 54.*

A. pumila levissima quidem varietas est *Agrostidis vulgaris* nostræ, culmis e solo steriliori humilioribus.

Var. *δ* gaudet corollâ calyceque post anthesin elongatâ, ut in *A. albâ β*, quæ vera *A. sylvatica* est.

stolonifera.

6. AGROSTIS paniculâ coarctatâ, culmo ramoso repente, floribus congestis, calycibus æqualibus lanceolatis pubescentibus.

Agrostis

Agrostis stolonifera. *Sp. Pl.* 93. *With.* 131.
Relb. 27. *Sibth.* 26. *Mart. Fl. Rust. t.* 120. *Eng. Bot.* 1532.

A. polymorpha δ . *Huds.* 31.

Gramen montanum miliaceum minus, radice repente. *Raii Syn.* 402 ?

G. caninum supinum. *Ger. em.* 26.

Angl. Creeping Bent-grass.

In arvis et pratis humidis.

Perennis. Fl. Julio, Augusto,

Radix perennis, fibrosa, ramosissima, pubescens. Culmi decumbentes, ramosi, foliosi, glabri, geniculis contractis, atro-purpureis, infimis radicanibus. Folia latiuscula, nervosa, utrinque scabra. Stipula multifida. Panicula erecta, ramulis alternatim semiverticillatis, subsecundis, coarctatis; inferioribus patentibus; ab insertione ad apicem dense floriferis, ramosissimis, flexuosis. Flores lineari-lanceolati. Calycis valvulae aequales, obtusiusculae, carinatae, purpurascens, extus pubescentes. Petala calyce breviora, inaequalia, obtusa, mutica, quandoque basi aristata.

7. *AGROSTIS* paniculâ laxâ, culmo repente, *alba.*
 calycibus aequalibus lanceolatis nitidis carinâ scabris.

Agrostis alba. *Sp. Pl.* 93. *With.* 129. *Relb.* 28.

Sibth. 37 ? *Leers.* 21. t. 4. f. 5. *Cullum.* 23.

A. polymorpha ζ (palustris) *Huds.* 32.

Gramen miliaceum majus, paniculâ spadiceâ, et paniculâ viridi. *Dill. in Raii Syn.* 404.

G. palustre, paniculâ speciosâ. *Morif. sect.* 8.
 t. 6. f. 27 ?

β . *Agrostis sylvatica.* *Huds. ed.* 1. 28. *Sp. Pl.* 1665. *With. ed.* 2. 74.

A. polymorpha η . *Huds.* 32.

Gramen miliaceum sylvestre, glumis oblongis.
Dill. in Raii Syn. 404.

Angl. Marsh (β Wood) Bent-grass.

In fossis et palustribus; β in nemorosis.

Perennis. Fl. Julio.

Radix perennis, e fibris longis fibrillosis. Culmus basi decumbens, geniculis inferioribus radicans, foliosus, supernè nudus, erectus, glaber. Folia scabra, vaginis lævibus. Stipula obtusa, bifida, sæpè lacera. Panícula ut in præcedente, etiam a basi ad apicem florifera, sed longè minùs densa. Flores lanceolati, nitidi. Calycis valvulæ æquales, acutæ, carinâ tantum scabræ. Petala calyce breviora, inæqualia, acuta, rariùs infra apicem aristata.

Varietas β maximè notabilis est corollâ calyceque post anthesin elongatâ, extra calycem protrusâ, et incrassatâ. Differt etiam paniculæ ramis infimis basi nudis, nec undique floriferis. Hujus synonymon Raianum ad Agr. arundinaceam in Sp. Pl. perperàm relatum est.

minima. 8. AGROSTIS paniculâ filiformi, floribus ellipticis retusis muticis, corollâ villosâ.

Agrostis minima. Sp. Pl. 93. Hudf. 32. With. 134. *Stillingfl. Misc. præf.* 28.

Gramen sparteum, capillaceo folio, minimum. *Dill. Giff. Append.* 172. t. 16. f. 1.

G. minimum unciale aut biunciale. *Morif. sect.* 8. t. 2. f. 10.

G. minimum. *Bauh. Hist.* v. 2. 465.

G. min. Anglo-Britannicum. *Lobel. Illustr.* 20. *Raii Syn. Indic. Pl. Dub.*

Angl. Smallest Bent-grass.

In arenosis maritimis rariùs.

In Wales. *Stillingfleet.* Frequent in sandy pastures on the south-west coast of Anglesea. *Rev. Mr. H. Davies.*

Annua. Fl. Martio, Aprili.

Radix e fibris tenuissimis, albidis, annua. Culmi erecti-
usculi, unciales vel triunciales, simplicissimi, enodes,
capillares, lævissimi, folio solitario prope basin vaginati,
cæterùm

cæterum nudi, apice purpurascens. Folia omnia ferè radicalia, linearia, obtusa, culmo duplo breviora, basi dilatata, membranacea, vaginantia. Stipula obtusa, plicata, utrinque in marginem membranaceum decurrens. Racemus (potiùs quàm panicula) terminalis, erecta, simplex, rachi flexuosa, floribus secundis, erectis, adpressis, lævibus, ellipticis, obtusis, muticis, compressis, viridi-purpureis. Calycis valvulæ æquales, carinatae, retusæ, nitidæ, clausæ. Corolla calyce brevior, villosa, nervosa, apice erosa. Anthere parum exsertæ, apice bicornes. Styli filiformes, pubescentes. Flores quandoque monoici mihi visi sunt. Ad Poam refert clar. Stokes, fortè novi generis gramen.

29. AIRA. *G. Pl.* 34. *Gærtn. t.* 1. *Juss.* 31.

Cal. bivalvis, biflorus. *Cor.* bivalvis. *Flosculi* absque interjecto rudimento.

* *Muticæ.*

1. AIRA paniculâ spicatâ, calycibus pedunculo *cristata*, longioribus, petalis acuminatis inæqualibus.

Aira cristata. *Sp. Pl.* 94. *Huds.* 33.

Poa cristata. *With.* 145. *Relb.* 37. *Sibth.* 42.

Gramen pumilum hirsutum, spicâ purpureo-argenteâ molli. *Raii Syn.* 396.

Gr. spicâ cristatâ subhirsutum. *Morif. fæt.* 8. t. 4. f. 7.

Angl. Crested Hair-grass.

In pascuis elatis sterilibus, murisve, minùs frequens.

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Radix cæspitosa, e fibris simplicibus, tomentosis. Culmi solitarii, simplices, erecti, spithamæi, læves, ad basin præcipuè foliosi. Folia linearia, glabra, rigidiuscula, longiùs vaginata, stipulâ brevi. Panicula erecta, densa, spiciformis, viridi-argentea, pedunculis pubescentibus, ramosis, pedicellis brevissimis, erectis. Flores ovato-lanceolati. Calyx biflorus, rariùs triflorus, nec

quod sciam quadriflorus, obsoletè pubescens, e glumis duabus inæqualibus, acutis, carinatis, utrinque nervosis, margine scariosis, dorso viridibus. Petala exteriora calyci confimilia; interiora longè tenuiora et angustiora, parùm breviora.

Ex habitu Aira potiùs quam Poa censenda, nec multùm obstat flosculorum numerus, qui plerumque bini sunt. Glumarum mucro quandoque in brevem aristam protruditur.

Vereor ne gramen quoddam alienum in Systemate Naturæ cum hocce confuderit Linnæus, et inde Pois adfociaverit.

aquatica. 2. AIRA paniculâ patente, floribus muticis lævibus obtusis calyce longioribus, foliis planis.

Aira aquatica. *Sp. Pl.* 95. *Huds.* 33. *With.* 135.

Relb. 29. *Sibth.* 38. *Curt. Lond. fasc.* 1. t. 5.

Poa dulcis. *Salisb. Prod.* 20.

Gramen miliaceum aquaticum. *Raii Syn.* 402.

Angl. Water Hair-grass.

In aquosis et ad ripas fluviorum.

Perennis. Fl. Maio, Junio.

Radix repens, fibris albis, longissimis. Culmus natans, longissimè extensus, ramosus, geniculis inferioribus radicantibus, foliosus, apice erectus. Folia plana, lævia, natantia. Stipula alba, tenuis, brevis, integra. Panícula erecta, semiverticillata, ramulis inæqualibus, patentibus, multifloris, glabris. Glumæ calycinæ inæquales, angulato-truncatæ, purpurascens; exterior basi trinervis: corollinæ calyce ferè triplo longiores, æquales, nervosæ, plicatæ, apice membranaceæ, retusæ.

* * *Aristatæ.*

cæspitosa. 3. AIRA foliis planis, paniculâ patente, petalis aristatis basi villosis: aristâ rectâ brevi.

Aira cæspitosa. *Sp. Pl.* 96. *Huds.* 34. *With.* 136.

Relb. 29. *Sibth.* 38. *Leers.* 23. t. 4. f. 8.

Gramen miliaceum fegetale majus. *Raii Syn.*

403.

G. fegetale. *Ger. em.* 5.

Angl. Turfy Hair-grass.

In pratis et nemorosis humidis.

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Radix densè cæspitosa, fibrosa. Culmi tripedales, erecti, læves, foliosi, binodes. Folia plana, angusta, mucronata, rigidiuscula, nervosa; subtùs lævia; suprà nervis margineque scabra; radicalia, basi dilatata, vaginantia. Stipula elongata, acuta, bifida. Panicula sæpiùs pedalis, patens, nitida, fuscescens, in umbrosis alba; pedunculi semiverticillati, ramosissimi, capillares, scabri. Flores parvi. Glumæ calycinæ subæquales, dorso scabræ. Flosculus alter pedicellatus, pedicello villoso, ultra basin flosculi protenso. Glumæ corollinæ glabræ; exterior latior, apice erosa, dorso aristata, aristâ inflexâ, brevi, rariùs glumam excedente.

“Variat floribus viviparis in locis alpinis.” *D. Davies.*

4. AIRA foliis fetaceis, culmo subnudo, paniculâ *flexuosa*. patente trichotomâ, pedunculis flexuosis, aristis geniculatis.

Aira flexuosa. *Sp. Pl.* 96. *Huds.* 34. *With.* 136.

Relb. 30. *Sibth.* 38. *Leers.* 23. *t.* 5. *f.* 1.

Fl. Dan. *t.* 157.

Gramen paniculatum locustis parvis, purpureo-argenteis, majus et perenne. *Raii Syn.* 407.

G. avenaceum paniculatum Alpinum, foliis capillaceis brevibus, locustis purpureo-argenteis splendentibus; et aristatis. *Scheuchz. Prod.* 23.

t. 4. *f.* 4.

β. Paniculâ minùs patente, pedunculis vix flexuosis.

Aira montana. *Huds.* 35. *With.* 136. *Relb.* 31.

Leers. 24. *t.* 5. *f.* 2. nec *A. montana* Linnæi.

- γ . Culmo magis folioso, paniculâ albâ, vix flexuosâ.
Gramen nemorosum, paniculis albis, capillaceo
folio. *Dill. in Raii Syn.* 407. *Scheuchz. Prod.* 24.
t. 6. *f.* 1. *Morif. sect.* 8. *t.* 7. *f.* ult.
Angl. Waved Mountain Hair-grass.

In ericetis et montosis arenosis. γ in umbrosis.

Perennis. Fl. Julio.

Radix fibrosa, fibris in aridis tomentosis. Culmus pedalis
vel fesquipedalis, erectus, nudiusculus, lævis, purpu-
rascens, basin versus uninodis; in γ subtrinodis, atque
foliosus. Folia fetacea, margine scabriuscula, basi dila-
tata vaginantia; in α & β brevia, rigidula, omniaque
ferè radicalia; in γ longitudine dimidii culmi, subflac-
cida, caulina longius vaginata. Stipula omnibus brevis,
obtusa, bifida. Panicula pauciflora, trichotoma, patens;
pedunculis scabris, valde flexuosis, (in β & γ rectius-
culis, minusque patentibus); pedicellis alternis rectis.
Flores erecti, scariosi, argenteo-nitidi, spadicei; in γ
virescente-albidi. Glumæ omnes ferè longitudine
æquales, apice erosæ; corollinæ interiores angustiores;
flosculi basi pilosi, (altero brevius pedicellato), dorso
basin versus aristati, aristâ geniculatâ, tortili, glumis
fesquilongiori.

Aira fetacea *Huds. ed.* 1. nullo modo a varietate nostrâ
 β differt; sed *A. montana* Linnæi longè diversum est
gramen, nondum in Britannia observatum.

canescens. 5. *AIRA* foliis fetaceis, culmo folioso, paniculâ
coarctatâ, aristis apice clavatis calyce brevi-
oribus.

Aira canescens. *Sp. Pl.* 97. *Huds.* 36. *Wub.* 137.
t. 24. *Dicks. Dr. Pl.* 4.

Gramen miliaceum maritimum molle. *Dill. in*
Raii Syn. 405.

G. paniculatum capillaceo folio minimum. *Tourn.*
Inst. 523.

G. exile durius Norvegicum aut Danicum,
Scopario

Scopario Gramini cognatum. *Lobel. Advers. nova* 466. f. 1.

Angl. Grey Hair-grass.

In arenosis maritimis.

On the coast of Norfolk and Suffolk.

Perennis. Fl. Julio.

Radix e fibris longissimis, capillaceis, cæspitosa. Culmi plures, 3 ad 6 unciales, binodes, adscendentes, læves, foliosi, basi geniculati. Folia setacea, erecta, rigida, scabra, glauca; caulina longius vaginata. Stipula lanceolata, acuta. Panicula erecta, uncialis, lanceolata, coarctata, alternatim ramosa, subsecunda. Glumæ calycinæ cinereo-argenteæ, acutæ, dorso subpubescentes, flosculis duplo longiores. Flosculi basi pilosi, altero pedicellato. Arista e basi ferè petali exterioris; infernè tortilis, ferruginea; medio geniculata, dentibus cincta; apice clavata, albida, calycem non excedens. Antheræ violaceæ, inclusæ.

6. AIRA foliis setaceis: vaginis angulatis, floribus *præcox*. paniculato-spicatis, flosculis sessilibus basi nudis dorso aristatis.

Aira præcox. *Sp. Pl.* 97. *Huds.* 36. *With.* 137. *Relb.* 31. *Sibth.* 39. *Abbot.* 15. *Curt. Lond. fasc.* 3. t. 7. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 4. 4. *Fl. Dan. t.* 383.

Gramen parvum præcox, paniculâ laxâ canescente. *Raii Syn.* 407. t. 22. f. 2. *Pluk. Phyt. t.* 33. f. 9.

Angl. Early Hair-grass.

In glareosis et sterilibus frequens.

Annua. Fl. Maio, Junio.

Radix parva, fibrosa. Culmi erecti, bi- vel tri-unciales, solo fertili quandoque spithamæi, lævissimi, foliosi, pallidi. Folia setacea, pallidè virentia; radicalia citò marcescentia; caulina longius vaginata, vaginis inflatis, angulatis,

latis, nervosis, lævibus. Stipula obtusa. Panicula simpliciuscula, pauciflora, erecta, coarctata, vix uncialis. Flores albido-virescentes, nitidi, erecti, glumis calycinis æqualibus, dorso scabris. Flosculus uterque sessilis, glumis calycem subæquantibus, basi nudis, exterioribus basin versus aristatis. Arista calyce duplo ferè longior, setacea, geniculata.

- caryo-*
phylla. 7. AIRA foliis setaceis, paniculâ trichotomâ divaricatâ, flosculis sessilibus, aristâ geniculatâ dorsali.

Aira caryophylla. *Sp. Pl.* 97. *Huds.* 36. *With.* 138. *Relb.* 32. *Sibth.* 39. *Curt. Lond. fasc.* 6. t. 6. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 4. 5. *Fl. Dan.* t. 382. *Stillingfl. Misc.* t. 5.

Gramen paniculatum, locustis parvis purpureo-argenteis, annuum. *Raii Syn.* 407. *Morif. sect.* 8. t. 5. f. 11.

Angl. Silver Hair-grass.

In glareosis et arenosis frequens.

Annua. Fl. Julio.

Radix exigua, fibrosa. Culmus basi ramosus, foliosus, glaber. Folia radicalia marcescentia; caulina longius vaginata, vaginis striatis, parùm inflatis, margine scabris. Stipula lanceolata, elongata. Paniculæ terminales, sæpiùs quadrifidæ, ramis trichotomis, lævibus, divaricatis. Flores parvi, divergentes, ovati, purpureo-argentei, nitidi. Glumæ calycinæ scariosæ, dorso scabræ. Flosculus uterque sessilis, basi obsolete pilosus. Corolla e glumis durioribus, apice scariosis; exteriori basin versus aristatâ, aristâ calycem excedente, setacæa, geniculatâ.

30. HOLCUS. *G. Pl.* 541. *Gærtn.* t. 80. *Juss.* 30.

Cal. bivalvis, biflorus; flosculo altero masculino. *Cor.* bivalvis; exteriori aristatâ.

1. HOLCUS

1. **HOLCUS** glumis villosis, flosculo hermaphro-*lanatus*.
ditico mutico, masculo aristâ arcuato-re-
curvâ.

Holcus lanatus. *Sp. Pl.* 1485. *Huds.* 440. *Witb.*
134. *Relb.* 37. *Sibth.* 40. *Curt. Lond fasc.* 4.
t. 11. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 9. 16. *Leers.* 219.
t. 7. *f.* 6. *Schreb. Gram.* 145. *t.* 20. *f.* 1.

Gramen miliaceum pratense molle. *Raii Syn.*
404.

Angl. Meadow Soft-grass.

In pratis et pascuis frequens.

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Radix fibrosa, cæspitosa. Culmi plures, erecti, striati,
foliosi, retrorsum villosi, apice glabriusculi. Folia plana,
pallida; mollia, subtus magis villosa. Stipula truncata,
brevis, denticulata. Panicula erecta, effusa, mollis,
purpureo-albida, demum pallidior; ramulis semiver-
ticillatis, ramosissimis, capillaribus, villosis. Calycis
glumæ longitudine æquales, mucronatæ, villosæ, sub-
inde tuberculatæ; coloratæ; interior latior, trinervis.
Flosculi pedicello communi flexuoso inserti, masculus
autem supra hermaphroditicum, calyce breviores, basi
nudi, glumis firmioribus, nitidis, glabris; exterioribus
latioribus. Arista e glumâ exteriori floris masculini,
mox arcuato-recurva, calyce inclusa. Antheræ longi-
tudine corollæ.

Pistillum abortivum, à Curtisio detectum, in aliquot flo-
ribus masculinis inveni, nec tamen in omnibus.

2. **HOLCUS** glumis subæqualibus nudiusculis, *mollis*.
flosculo hermaphroditico inferiore mutico,
masculo aristâ geniculatâ, radice repente.

Holcus mollis. *Sp. Pl.* 1485. *Huds.* 440.
Witb. 135. *Relb.* 376. *Sibth.* 40. *Curt. Lond.*
fasc. 5. *t.* 8. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 9. 17.
Leers. 218. *t.* 7. *f.* 7. *Schreb. Gram.* 148.
t. 20. *f.* 2.

Gramen

Gramen miliaceum aristatum molle. Raii Syn.

404.

Angl. Creeping Soft-grafs.

In arvis, nemorosis, et ad sepes.

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Radix repens, longissimè extensa. Culmus solitarius, ascendens, foliosus, glaber, geniculis lanatis. Folia virentia, glabriuscula. Stipula rotundata, dentata. Panicula erecta, effusa, purpureo-albida; ramulis plerumque binis, ramosis, capillaribus, villosis. Calycis glumæ ut in præcedente, sed carinâ tantum ciliatâ. Flosculi ut in præcedente, basi vero hispidi. Arista tortilis, recta, calycem excedens, demùm geniculato-inflexa, neque arcuata. Flos superior pistillo imperfecto quoque gaudet, monente Curtisio.

avenaceus.

3. *HOLCUS* glumis inæqualibus glabris, flosculo hermaphroditico superiore submutico, masculo aristâ geniculatâ refractâ, radice nodosâ.

Holcus avenaceus. Wiggers. Fl. Holsat. 72. Sibth. 40.

Avena elatior. Sp. Pl. 117. Hudf. 53. With. 163. Relh. 48. Abbot. 25. Curt. Lond. fasc. 3. t. 6. Leers. 40. t. 10. f. 4. Schreb. Gram. 25. t. 1.

A. nodosa. Cullum. 41.

Gramen nodosum avenaceâ paniculâ. Raii Syn. 406.

G. avenaceum elatius, radice tuberculis prædita. Moris. sect. 8. t. 7. f. 38.

G. caninum nodosum. Ger. em. 23.

β. G. avenaceum paniculâ acerosâ, semine paposo. Dill. in Raii Syn. 406.

Angl. Oat-like Soft-grafs.

In pascuis, apricis, et ad vias.

Perennis.

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Radix magis vel minus nodosa, e tuberibus plerumque binis, altero super alterum, radiculis villosis. Culmus erectus, tri- vel quadripedalis, simplex, foliosus, glaber. Folia saturatè viridia, suprà margineque scabra. Stipula brevis, retusa, denticulata. Panicula erecta, ramulis semiverticillatis, ramosis, scabris, sub anthesin præcipuè patentibus. Calyx petalis brevior, e glumis scariosis, acutis, carinâ scabris; altero interiore, longiore, trinervi. Flosculus masculinus sessilis, basi fetosus, dorso basin versus aristatus, aristâ tortili, geniculatâ, flosculo duplo longiore; hermaphroditicus parùm elevatus, aristâ subterminali, rectâ, brevi. Glumæ corollinæ exteriores firmiores, nervosæ, pubescentiusculæ; interiores tenuissimæ, angustiores, parùmque breviores, nudæ.

Flores masculini sæpius pistillo obsoleto, abortivo, gaudent.

31. MELICA. *G. Pl.* 34. *Gærtn. t.* 80. *Juss.* 31.

Cal. bivalvis, sub-biflorus; rudimentum tertii floris inter flosculos. *Cor.* bivalvis.

1. MELICA petalis imberbibus, paniculâ secundâ *uniflora*. ramosâ, floribus erectis, calyce unifloro.

Melica uniflora. *Retz. Obs. Bot. fasc.* 1. 10.

With. 139. *Relb. Suppl.* 1. 8. *Sibth.* 40.

Abbot. 16. *Curt. Lond. fasc.* 5. t. 10. *Dicks.*

H. Sicc. fasc. 8. 6. *Mart. Fl. Rust. t.* 64.

M. nutans. *Huds.* 37. *Rel. Rudb.* 18. f. 2.

Gramen avenaceum nemorense, glumis rarioribus ex fusco xerampelinis. *Raii Syn.* 403.

G. avenaceum spicâ muticâ rariore glumâ.

Morif. sect. 8. t. 7. f. 49.

Angl. Wood Melic-grafs.

In nemoribus et dumetis.

Perennis. Fl. Maio, Junio.

Radix

Radix fibrosa. Culmi plures, erecti, fesquipedales, graciles, foliosi, glabri. Folia plana, tenuia, subtus margineque scabra; vaginâ folio duplo circiter brevior, pubescente; stipulâ brevi, polymorphâ. Panicula erecta pauciflora; ramulis secundis, capillaribus, racemosis, scabris, infimis geminis. Flores erecti. Calyx purpureus, parum inæqualis, glaber, obtusus, muticus, nervosus. Flosculus fertilis sessilis, extus gibbosus, intus concavus, glumis viridibus, nervosis; sterilis pedunculo crasso, inflexo, insertus, e glumis aliquot parvis vacuis constans.

nutans. 2. MELICA petalis imberbibus, paniculâ coarctatâ secundâ subsimplici, floribus pendulis, calyce bifloro.

Melica nutans. *Sp. Pl.* 98. *With.* 138. *Leers.* 24. t. 3. f. 4. *Dickf. H. Sicc. fasc.* 8. 5. *Rel. Rudb.* 18. f. 1. *Schreb. Gram.* 62. t. 6. f. A. *Mart. Fl. Rus.* t. 65. *Curt. Lond. fasc.* 6. t. 4. *M. montana.* *Huds.* 37.

Gramen avenaceum, locustis rubris, montanum. *Raii Syn.* 403.

G. avenaceum locustis rubris. *Park. Theatr.* 1151. *Angl.* Mountain Melic-grass.

In nemoribus montosis Angliæ borealis.

Near Kendal. *Ray.* Helks-wood by Ingleton, Yorkshire. *Mr. Crowe and Mr. Woodward.*

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Radix repens. Culmus erectus, fesquipedalis, foliosus, angulatus, angulis scaber. Folia plana, margine scabra; vagina longa, aspera; stipula brevissima, erosa. Panicula erecta, vix ramosa; pedunculis plerumque simplicibus, secundis, capillaribus, flexuosis, scabris, unifloris. Flores nutantes. Calyx purpureus, margine scariofo, albo, parum inæqualis, glaber, obtusiusculus, muticus, obsolete nervosus. Flosculi virescentes; glumâ exteriori glabrâ nervosâ, gibbosâ; interiori pubescenti, planiusculâ; subquaterni, pedicello communi affixi, alterni,

terni, distichi; primus ad basin, sessilis; secundus parum elevatus, uterque fertilis; tertius minor, sterilis; quartus minimus, e glumâ parvâ, retusâ, inani constans.

3. MELICA petalis acutis imberbibus, paniculâ cærulea, coarctatâ, floribus erectis cylindricis.

Melica cærulea. *Linn. Mant.* 2. 325. *With.* 139.

Relb. 32. *Sibth.* 39. *Abbot.* 16. *Curt. Lond. fasc.* 5. *t.* 11.

Aira cærulea. *Sp. Pl.* 95. *Huds.* 33. *Leers.* 22. *t.* 4. *f.* 7. *Fl. Dan.* *t.* 239.

Gramen pratense ferotinum, paniculâ longâ purpurascens. *Raii Syn.* 404. *Morif. sect.* 8. *t.* 5. *f.* 22.

Angl. Purple Melic-grass.

In inundatis sterilioribus frequens.

Perennis. Fl. Augusto.

Radix bulbosa, fibris crassis, tortuosis. Culmus pedalis vel sesquipedalis, erectus, rigidus, teres, glaber, striatus, basin versus uninodis et foliosus, supernè nudus. Folia rigidula, acuminata, vix scabra; stipula e pilis aliquot brevissimis. Panicula erecta, violacea, ramosa, coarctata. Pedunculi plerumque bini, simplices aut divisi, erecti, angulati, flexuosi, angulis scabri. Flores erecti, glabri. Calyx e glumis subæqualibus, ovatis, acutis, nervosis, carinatis, purpureis. Flosculi quaterni, pedicello communi alternatim affixi, glumis lanceolatis, acutis, dorso striatis, basi nudis nec pilosis, quorum duo inferiores tantum fertiles sunt. Antheræ atropurpureæ.

Variat paniculâ pallidâ in nemorosis. *Lightf. Herb.*

32. SESLERIA. *Scop. Carn. ed.* 1. 189. *Juss.* 31.

Cal. bivalvis, subtriflorus, aristatus. *Cor.* bivalvis; valvulâ exteriori tridentatâ; interiori bidentatâ.

1. SES-

cærulea. 1. **SESLERIA** spicâ ovato-oblongâ imbricatâ,
bracteis alternis.

Sesleria cærulea. *Scop. Carn. ed. 2. vol. 1. 63.*

Arduin. Spec. 2. 18. t. 6. f. 3, 4, 5. With. 140.

S. n. 1446. Hall. Hist. v. 2. 217.

Cynosurus cæruleus. Sp. Pl. 106. Hudsf. 59.

Jacq. Misc. v. 2. 66. Ic. rar. v. 1. 21. Dickf.

H. Sicc. fasc. 6. 3. Mart. Fl. Rust. t. 20. Curt.

Cat. n. 18.

Gramen glumis variis. Baub. Prod. 21. f. 1.

Scheuchz. Agrost. 83. t. 2. f. 9. A. B.

G. parvum montanum spicâ crassiore purpuro-
cæruleâ brevi. *Raii Syn. 399.*

Angl. Blue Moor-grass.

In humidis alpinis calcareis.

Crevices of the limestone rocks at the foot of

Ingleborough. *Dr. Stokes. About Settle. Curtis.*

Conzick Scar, near Kendal; *Mr. Gough. With.*

At the top of Barrow-field wood in the same
neighbourhood. *Mr. Woodward and Mr. Crowe.*

Perennis. Fl. Aprili.

Radix fibrosa, cæspitosa, longissima. Culmus vix pedalis, erectus, simplex, enodis, teres, striatus, glaber, basi sub-foliosus. Folia linearia, obtusa, recurva, striata, margine, quandoque etiam dorso, scabra. Vaginæ tubulosæ, breves, striatæ, glabræ, pallidæ. Stipula obsoleta. Spica erecta, brevis, obtusa, cæruleo vel fusco varia, nitida, subsimplex. Bracteæ solitariae, ad basin spicularum duarum vel trium inferiorum, amplexicaules, membranaceæ, apice dilatatæ, erosæ. Spiculæ sæpius binatæ, pedicellatæ, erectæ, ovato-lanceolatæ, glabræ, plerumque bi- vel tri-floræ. Glumæ calycinæ subæquales, ovatæ, brevius aristatæ, membranaceæ, carinatæ. Petala nervosa, membranacea; exterius tridentatum, dente intermediâ in aristam brevem productâ; interius bidentatum. Antheræ lineares, sub anthesin exsertæ. Stigmata subulata, pubescentia.

Cum

Cum Cynofuro nullam habet affinitatem, neque pertinent ad fructificationem bractæe istæ pedicellis tantum inferioribus subjectæ. Cum Phleo in multis convenit, monente Scopolio, at distinctum genus est.

33. POA. *G. Pl.* 34. *Juss.* 32.

Cal. bivalvis, multiflorus. *Spicula* basi rotundata.

Cor. bivalvis, valvulis ovatis, acutiusculis, muticis.

1. POA paniculâ erectâ ramosâ laxâ, spiculis sex-*aquatica*, floris linearibus, flosculis obtusis septem-nerviis.

Poa aquatica. Sp. Pl. 98. *Huds.* 38. *With.* 140.

Relb. 33. *Sibth.* 41. *Abbot.* 17. *Curt. Lond. fasc.* 5. *t.* 12. *Leers.* 26. *t.* 5. *f.* 5.

Gramen aquaticum majus. Raii Syn. 411.

Ger. em. 6.

G. paniculatum aquaticum latifolium. Moris.

sect. 8. *t.* 6. *f.* 25.

Angl. Reed Meadow-grass.

In fossis et ad ripas fluviorum.

Perennis. Fl. Julio.

Radix fibrosa, albida. Culmi plures, subsexpedales, erecti, ancipites, striati, glabri, foliosi, geniculis inferioribus verticillatim radicanibus. Folia ensiformia, acuta, recta, margine carinâque scabra, vaginâ læviusculâ. Stipula brevis, obtusissima, integra. Panicula amplissima, ramosissima, erecta, laxa; ramis semiverticillatis, scabris; ramulis alternis, flexuosis. Calyx subæqualis, albidus, nitidus. Flosculi 5 ad 8, vix plures, subcylindrici, remotiusculi, obtusi, extus purpurascens, scabri. Glumæ corollinæ exteriores septemnerviæ; interiores emarginatæ. "Variat floribus viviparis." *D. Davies.*

Gramen pecoribus gratum. Withering.

2. POA paniculâ ramosâ divaricatâ, spiculis ad-*fluitans*, pressis

preffis teretibus multifloris, flosculis obtusis septemnerviis basi duplicato-nervosis.

Poa fluitans. *Salisb. Prod.* 21.

P. n. 1453. *Hall. Hist. v.* 2. 219.

Festuca fluitans. *Sp. Pl.* 111. *Huds.* 46. *With.* 156. *Relb.* 42. *Sibth.* 45. *Abbot.* 21. *Curt. Lond. fasc.* 1. *t.* 7. *Mart. Fl. Rust. t.* 113. *Schreb. Gram.* 37. *t.* 3. *Fl. Dan. t.* 237. *Leers.* 35. *t.* 8. *f.* 5.

Gramen aquaticum cum longissimâ paniculâ.
Raii Syn. 412.

G. loliaceum fluviatile, longissimâ paniculâ.
Morif. sect. 8. *t.* 3. *f.* 16.

Angl. Flote Meadow-grass.

In fossis et rivulis lentè fluentibus frequens.

Perennis. *Fl.* totâ æstate.

Radix repens, longè extensa. Culmus basi radicans atque ramosus, obliquè adscendens, teres, striatus, foliaceus, glaber. Folia plana, obtusiuscula, latiuscula, lævia, striata, erecta; inferiora flaccida, natantia; omnia longius vaginata, vaginis compressis, striatis, lævibus. Stipulæ subdeltoideæ, breves, erosæ, tenuissimæ. Panicula erectiuscula, glabra, striata, ramis alternis, patentibus, spiculis alternis, subseffilibus, ramulo adpressis, lineariteretibus, 8 ad 12-floris. Calyx inæqualis, membranaceus, obtusus, estriatus, carinâ viridi. Flosculi remoti, subcylindrici, obtusi, oculo armato scabriusculi, septemnervii, nervis minoribus insuper basin versus interstinctis, apice scariosi, albi, sæpiùs denticulati; glumis interioribus emarginatis.

Variat paniculâ minùs ramosâ. Glumæ muticæ; structura florum affinis præcedenti et tribus vel quatuor sequentibus speciebus; omnia verò Poam nec Festucam planè declarant.

distans. 3. POA paniculâ ramosâ effusâ; ramis demùm reflexis, spiculis quinquefloris, flosculis obtusissimis obsoletè quinquenerviis nitidis.

Poa

Poa distans. Linn. Mant. 32. With. 141. t. 25.

P. retroflexa. Curt. Lond. fasc. 6. t. 1.

P. salina. Pollich. v. 1. 89.

Aira aquatica β. Hudf. 34. Linn. Syst. Nat. ed. 12.
v. 2. 91.

Angl. Reflexed Meadow-grass.

In pratis et ruderalis maritimis.

On a sandy soil in Devonshire, Kent, Yorkshire,
and Lancashire. Hudf. Frequent near the
sea-coast; also between London and Hamp-
stead. Curtis.

Perennis. Fl. Julio.

Radix fibrosa. Culmi plures, basi decumbentes, subpe-
dales, teretes, foliosi, striati, glabri. Folia longius va-
ginata, acutiuscula, lævia, glauca, plana; radicalia
parum involuta. Stipula obtusa, emarginata. Pani-
cula erecta, ramis semiverticillatis, angulatis, scabris,
subflexuosis, spicatis vel ramosis, longitudine variis,
dumtaxat maximè retrofractis. Spiculæ lineares, glabræ,
4 ad 7-floræ, albido vel purpureo variegatæ. Calyx
inæqualis, carinatus, parvus, obtusus, margine membra-
naceus; glumâ exteriori obsolete trinervi. Flosculi
remoti, ferè ut in *Poa aquatica*, subcylindrici, obtusis-
simi, retusi, quinquenerves, apice scariosi; glumis inte-
rioribus emarginatis, (margine scabris Curtis.)

4. POA paniculâ ramosâ subcoarctatâ, spiculis *maritimis*
quinquefloris, flosculis obtusiusculis teretius- *ma.*
culis obsolete quinquenervibus, radice repente.

Poa maritima. Hudf. 42. With. 147. Lightf. 98.

Relb. 38. Dickf. H. Sicc. fasc. 11. 2. Flo.

Dan. t. 251. Pourret. Act. Tolos. v. 3. 325.

Gramen paniculatum maritimum vulgatissimum.

Raii Syn. 409.

- β. *G. caninum maritimum paniculatum.* Raii
Syn. 410. Hudf. 42. non vidi.

Angl. Creeping Sea Meadow-grass.

In palustribus maritimis.

Perennis. Fl. Julio.

Radix repens. Culmi basi decumbentes, pedales, striati, glaberrimi, teretes, foliosi. Folia longius vaginata, involuta, glauca, acuta. Stipula obtusa, subinde acutiuscula. Panicula erecta, stricta, ramis plerumque binatis, angulatis, scabris, parum flexuosis, racemosis, sub florescentiâ patentibus, dein erectis, aliquando divaricatis ut in præcedente. Spiculæ lineares, glabræ, subquinquefloræ, purpurascentes. Glumæ calycinæ inæquales, ovatæ, acutiusculæ, carinatæ; exterior trinervis. Flosculi remotiusculi, oblongi, subcylindrici, obtusiusculi nec retusi, vix manifestè quinquenerves, apice minùs scariosi; glumæ interiores margine scabræ, apice emarginatæ.

Præcedenti valdè affinis, at, ni fallor, distincta, radice repente, flosculis longioribus, acutioribus, minimè retusis.

procumbens.

5. *POA* paniculâ lanceolatâ secundâ coarctatâ scabrâ; rachi tereti, spiculis subquinquefloris, flosculis obtusiusculis nervosis.

Poa procumbens. *Curt. Lond. fasc. 6. t. 11. Engl. Bot. t. 532.*

P. rupestris. *With. 146. t. 26.*

Angl. Procumbent Sea Meadow-grass.

In ruderatis maritimis inundatis.

At the foot of St. Vincent's rocks, found by Mr. Curtis; on waste ground near the floating dock, Bristol; also on Scarborough new pier, within the spray of the sea. *Sir T. Frankland.*

Annua. Fl. Julio, Augusto.

Radix fibrosa, cæspitosa. Herba glauca. Culmi plures, prostrati, spithamæi, geniculati, foliosi, glabri. Folia longissimè vaginata, latiuscula, acuta, plana, nervosa, scabriuscula. Stipula acutiuscula, erosa. Panicula rigida, secunda, semicylindrica, rachi ramulisque teretiusculis, scabris. Spiculæ distichæ, sessiles, lanceolatæ, 4 vel 5-floræ, glaucæ, glabræ. Glumæ calycinæ obtusæ,

tusæ, valdè inæquales, carinatae; exterior quinque-nervis. Flosculi obtusifusculi, quinquenerves, apice membranacei erosi; glumæ interiores ciliatæ. Cynofurus durus Linnæi, gramen ad Poas proculdubio amandandum, huic proximum est; vix enim discrepat nisi habitu rigidiori, paniculâ simpliciore, rachi flexuosâ complanatâ glabrâ estriatâ, glumis calycinis exterioribus novemnervibus.

6. POA paniculâ lanceolatâ disticho-secundâ co-rigida. arctatâ glabrâ; rachi marginatâ, spiculis septemfloris, flosculis teretibus enervibus.

Poa rigida. *Sp. Pl.* 101. *Huds.* 42. *With.* 146.

Relb. 35. *Sibth.* 42. *Curt. Lond. fasc.* 2. t. 4.

Gra-men exile duriusculum in muris et aridis proveniens. *Raii Syn.* 410.

G. loliaceum murorum duriusculum, spicâ erectâ rigidâ. *Morif. sect.* 8. t. 2. f. 9.

Angl. Hard Meadow-grass.

In muris et arenosis frequens.

Annua. Fl. Junio.

Radix fibrosa. Culmi plures, erectiusculi, in maritimis sæpè prostrati, spithamæi, rigidi, teretes, purpurascens, glaberrimi, nitidi, basi foliosi. Folia acuta, sæpius involuto-fetacea, nervosa, subtus lævissima, supra scabra. Stipula obtusa, lacera. Panicula rigida, lanceolata, duplici ordine secunda, rachi flexuosâ, alatâ, angulis scabris. Spiculæ lineares, pedicellatæ, 4 ad 8-floræ, glabræ. Glumæ calycinæ subæquales, carinatae, acutæ. Flosculi obtusifusculi, cylindrici, vix carinati, omninò enerves, apicem versus scabri; glumæ interiores ciliatæ.

7. POA paniculâ secundâ coarctatâ, culmo adscen-dente compresso, flosculis angulosis basi villo sa. complicato connexis.

Poa compressa. *Sp. Pl.* 101. *Huds.* 41. *With.* 147.

Relb. 36. *Sibth.* 42. *Engl. Bot.* t. 365. *Dicks.*

H. Sicc. fasc. 6. 1. *Leers.* 30. t. 5. f. 4.

Gramen pratense paniculatum medium. *Raii*

Syn. 409.

Angl. Flat-stalked Meadow-grass.

In muris, pratense ficcioribus.

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Radix repens. Culmus basi decumbens, foliosus, geniculatus, supernè erectus, nudus, striatus, valdè compressus, quâ notâ faciliè dignoscitur. Vaginæ longitudine foliorum, ancipites, striatæ, parùm ventricosæ. Folia plana, acuta, glaucescentia, lævia. Stipula brevis, obtusiuscula. Panicula erecta, secunda, obtusiuscula, coarctata, rachî compresso-tereti, ramulis angulatis, scabris, subflexuosis, sub florescentiâ patulis, dein erecto-adpressis. Spiculæ subseffiles, ovatæ, vel ovato-lanceolatæ. Glumæ calycinæ subæquales, ovatæ, nervosæ. Flosculi a tribus ad novem, arctè imbricati, ovati, angulosi, trinerves, obtusiusculi, sub apicem purpurei, apice scariosi albi, basi villis tenuissimis, complicatis, brevioribus, connexi.

alpina. 8. POA paniculâ diffusâ, spiculis quadrifloris cordatis, glumis ovatis subfalcatis liberis, stipulis inferioribus brevissimis.

Poa alpina. *Sp. Pl.* 99. *Lightf.* 96.

P. pratensis *β.* *Huds.* 39. ex *Herb. D. Pitchford.*

Gramen paniculatum alpinum majus, paniculâ speciosâ variegatâ. *Scheuchz. Prod.* 20. t. 3.

β. vivipara. *Sp. Pl.* 99. *Huds.* 39.

Gramen alpinum latifolium, paniculâ laxâ, foliaceâ, foliolis in paniculâ paucioribus et magè crispis. *Scheuchz. Agrost.* 212. t. 4. f. 14.

Angl. Alpine Meadow-grass.

In alpibus Scoticis.

Inch Earn, north of Forfar. *Mr. Mackay.*

Perennis. Fl. Julio.

Radix fibrosa, fibris simplicibus, elongatis, glabris. Folia radicalia plurima, patentia, plana, latiuscula, nervosa, subtus

subtùs præcipuè glaucescentia, apice obtusiuscula, mucronulata, margine scabra, vaginis brevibus, erectis, compressis, stipulâ brevi, obtusâ; caulina duo, brevissima, vaginis longissimis, stipulis lanceolatis, acutis. Culmus pedalis, adscendens, binodis, supernè nudus, teres, purpurascens, nitidus. Panicula brevis, subrotunda vel ovata, diffusa, ramis binatis alternatim ramosis, angulatis, læviusculis, subindè scabris. Spiculæ cordatæ vel latè ovatæ, compressæ, purpureo et spadiceo nitentes, tri- vel quadrifloræ, in hortis sexfloræ. Glumæ calycinæ subæquales, ovatæ, acutæ, subfalcatæ, obsoletè nervosæ, carinâ scabræ. Flosculi ovati, acuti-
usculi, margine scariosi et sæpiùs sericei, basi fetosi, sed liberi, neque pilis complicatis connexi; valvulæ interiores emarginatæ, ciliatæ.

Sub cœlo pluvioso alpium, mutatis in folia glumis, fructificatione denique in gemmam, vivipara sæpè evadit.

9. POA paniculâ flexuosâ, spiculis trifloris, glumis *flexuosa*.
ovatis basi villo connexis, stipulis omnibus lanceolatis.

Angl. Zigzag Meadow-grass.

In alpibus Scoticis.

On Ben Nevis. *Mr. Mackay*,

Perennis. Fl. Julio.

Radix fibrosa. Culmî plures, spithamæi, adscendentes, geniculati, subtrinodes, foliacei, supernè subangulati, striati, glaucescentes. Folia erecto-patentia, plana, angusta, acuta, suprâ scabra, vaginis omnibus elongatis, laxis, parùm compressis, striatis, glabris, stipulis omnibus lanceolatis, acutis, foliorum caulinorum sæpiùs laceris. Panicula ovata, abbreviata, subcondensata, ramis binatis, alternatim ramosis, magis minùsve basi flexuosis, supernè angulatis, scabris. Spiculæ latè ovatæ, compressæ, glaucæ, albido et purpureo variegatæ, plerumque trifloræ. Glumæ calycinæ parùm inæquales, lanceolato-ovatæ, acutæ, vix falcatæ, carinâ scabræ. Flosculi lanceolati, acuti-
usculi, margine denudati, carinâ scabri, basi villis complicatis tenuissimis connexi; valvulæ interiores vix ciliatæ.

Distincta a præcedente colore glaucò, culmo magis folioso, foliis angustioribus, acutioribus, suprâ scabris, vaginis longioribus, stipulis omnibus conformibus, pedunculis flexuosis, glumis angustioribus, basi villo connexis, neque carinâ neque margine setoso-sericeis.

bulbosa. † 10. POA paniculâ subflexuosâ, spiculis quadri-floris, glumis villo connexis, foliis ferrulatis, culmo basi bulboso.

Poa bulbosa. *Sp. Pl.* 102. α et γ . *Huds.* 41.

Gramen xerampelinum, miliacê, pertenui ramosâque sparsâ paniculâ. *Scheuchz. Agr.* 185, ex descr. opt. *Vaill. Par.* 91, ex descr. excluso synonymo Lobelii.

G. vernalis, radice Ascalonitidis. *Vaill. Par.* t. 17. f. 8. opt.

Angl. Bulbous Meadow-grass.

In pratis et pascuis. *Huds.*

Near Clapham in Surrey. *Huds. ed.* 1.

Perennis. Fl. Maio, Junio.

Radix fibrosa, albida, "ex quâ (ut verbis Scheuchzerianis aptissimis utar) confertim plures nascuntur quidam veluti bulbuli, tunicis albicantibus, aut ex albedo fuscis, membranaceis, pluribus, quæ foliorum vaginæ sunt, ad unciam ferè unam expositis, vestiti, qui vel foliorum fasciculos, vel etiam culmos, producant." Culmus pedalis, tenuis, glaber, erectus, foliosus. Folia brevia, linearia, canaliculata, glaucescentia, margine ferrulato-scabra; caulina brevissima, vaginis longis, striatis. Stipula brevis, obtusiuscula. Panicula ovata, ramulis subflexuosis. Spiculæ latè ovatæ, compressæ, glaucæ, xerampelino variegatæ, sæpiùs quadrifloræ. Glumæ calycinæ ovatæ, trinerves, carinâ apice scabrâ, margine sericeæ, albidæ. Flosculi lanceolati, marginem versus sericei, basi villis complicatis connexi.

Hanc speciem nondum in Angliâ vidi; fide Hudsoni hîc admisi, et ex Linnæano exemplario descripsi. Varietas

β Linnæi diversa species est, at utraque a *P. alpinâ* distinctissima. *Conf. With.* 143.

11. *POA* paniculâ diffusâ, spiculis ovatis quinque-*cæsia.*
floris, glumis lanceolatis subsericeis liberis,
stipulis brevissimis obtusis.

Poa glauca. With. 148?

Ang. Sea-green Meadow-grass.

In Scotiâ. *D. Fairbairn.*

Mountains in Bredalbane. *Mr. Mackay.*

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Radix fibrosa, subcæspitosa. Herba glauca. Culmus pedalis, erectus, teres, striatus, læviusculus, basin versus binodis et foliosus, supernè simplex, rectus, nudus. Folia lanceolata, obtusiuscula, plana, dorso basin versus lævigata, cæteroquin scabra. Vaginæ longitudine foliorum, striatæ, subscabræ. Stipula valdè variabilis, aliquando brevissima, vaginâ inclusa, quandoque elongata, lanceolata, lacera, præcipuè ad folia caulina. Panicula erecta, diffusa, ramosissima, parùm elongata, ramis semiverticillatis, angulatis, scabris, ramulis binatis. Spiculæ ovatæ, erectæ, sæpiùs quinquefloræ, glauco albido purpureoque variæ. Glumæ calycinæ subæquales, lanceolatæ, acutæ, carinatæ, obsolete trinerves, apicem versus scabræ. Flosculi remotiusculi, lanceolati, obtusi, apice scariosi, erosi, dorso lanati, margine scariosi, sericei, basi liberi; valvulis interioribus margine scabris; rachi flexuosâ, villosâ.

Diversissima videtur a *Poâ glaucâ Vahlîi* in *Flo. Dan.* t. 964, quæ prior est *P. nemorali.*

12. *POA* paniculâ diffusâ, spiculis trifloris, glumis *trivialis.*
lanceolatis quinquenervibus basi villo connexis, stipulâ elongatâ.

Poa trivialis. Sp. Pl. 99. *Huds.* 39. *With.* 143.

Relb. 33. *Sibth.* 41. *Curt. Lond. fasc.* 2. t. 6.

P. dubia. Leers. 28. t. 6. f. 5.

Gramen pratense paniculatum medium. *Raii*

Syn. 409.

β. *Poa setacea. Hudf. ed. 1. 34.*

Angl. Roughish Meadow-grass.

In pratis et pascuis, præcipuè humidis, ubique.

Perennis. Fl. a Junio ad Septembrem usque.

Radix fibrosa. Culmi basi decumbentes & radicantes, dein erecti, sesquipedales, simplices, teretes, striati, scabriusculi, foliosi, sæpè purpurascens. Folia erectiuscula, flaccida, acutiuscula, carinata, subtus præcipuè margineque scabra. Vaginæ longitudine ferè foliorum, subcompressæ, striatæ, parùm scabræ. Stipula elongata, lanceolata, acuta, quâ notâ, monente Curtio, hæc species a *Poa pratensi* optimè dignoscitur. Panícula elongata, erecta, ramosissima, diffusa, scabra, ramis alternatim decompositis, sub florescentiâ horizontaliter patentibus. Spiculæ ovatæ, sæpiùs trifloræ, purpureo-virides. Glumæ calycinæ dorso scabræ, longitudine æquales; exterior lineari-lanceolata, acuminata; interior margine dilatata, trinervis. Flosculi obtusiusculi, argutè quinquenerves, apice scariosi, margine dorsoque subsericei, basi villis complicatis, numerosis, connexi; valvulæ interiores margine incrassato, viridi, vix pubescente.

Varietas β gaudet foliis inferioribus involuto-setaceis, vaginis tamen justæ latitudinis; nec ad *P. pratensem* referri potest, ob stipulam lanceolatam acutam. Cum *P. angustifoliâ Hudsoni* a *Cel. Withering* confundi videtur.

pratensis. 13. *POA* paniculâ diffusâ, spiculis quadrifloris, glumis lanceolatis quinquenervibus villo connexis, stipulâ abbreviatâ obtusâ.

Poa pratensis. Sp. Pl. 99. *Hudf.* 39. *With.* 141. *Relb.* 34. *Sibth.* 41. *Curt. Lond. fasc.* 2. t. 5. *Leers.* 28. t. 6. f. 4?

Gramen pratense paniculatum majus latiore folio.

Raii Syn. 409.

β. *Poa*

β. *Poa angustifolia*. *Sp. Pl.* 99. *Relb.* 34? *Leers.* 27.
t. 6. f. 3.

Angl. Smooth-stalked Meadow-grass.

In pratis, pascuis et muris ubique.

Perennis. Fl. Maio, Junio.

Radix fibrosa, stolonibus repentibus. Culmi plures, erecti, pedales vel sesquipedales, simplices, teretes, minutè striati, læves, foliosi. Folia patentia, obtusiuscula, carinata, glabra, subinde glauca. Vaginæ longitudine foliorum, striatæ, glabræ. Stipula brevis, obtusa. Panicula ut in præcedente, sed minùs scabra. Spiculæ ovatæ, quadrifloræ, sæpè quinquefloræ, virides, subinde purpurascens. Glumæ calycinæ acutæ, dorso scabræ, parùm inæquales, trinerves. Flosculi obtusiusculi, argutè quinquenerves, apice scariosi, dorso scabri, basi villis numerosis, complicatis, longissimis, connexi; valvulæ interiores margine subpubescentes.

Varietas β dignoscitur foliis inferioribus angustissimis, rigidulis, paniculâ minori, vaginis inferioribus scabriusculis.

14. POA paniculâ divaricatâ, spiculis ovatis, flos. *annua*,
culis remotiusculis quinquenervibus liberis,
culmo obliquo compresso.

Poa annua. *Sp. Pl.* 99. *Huds.* 42. *With.* 143.
Relb. 35. *Sibth.* 42. *Curt. Lond. fasc.* 1. t. 6.
Mart. Fl. Rust. t. 98. *Leers.* 29. t. 6. f. 1.
Stillingf. Misc. t. 7.

Gramen pratense minus, seu vulgatissimum.
Raii Syn. 408.

Angl. Annual Meadow-grass.

In pascuis, ruderalis, cultis, areis ubique.

Annua. Fl. totâ æstate.

Radix fibrosa, multiplex. Culmi numerosi, erectiusculi, graciles, compressi, foliosi, læves, basi radicales atque ramosi. Folia linearia, obtusiuscula, plana (subinde transversim crispata vel corrugata), flaccida, lævia, lætè virentia,

virentia, margine scabra. Vaginæ elongatæ, compressæ, glabræ, striatæ, pallescentes. Stipula brevis, subdeltoidea, erosa. Panicula erecta, glabra, ramis binatis, divaricatis, subsecundis, parùm ramosis. Spiculæ ovato-oblongæ, nitidæ, viridi alboque variegatæ, glabræ. Glumæ calycinæ lanceolatæ, acutæ, carinatæ, inæquales. Flosculi remotiusculi, ovato-lanceolati, obtusi, quinquenerves, margine membranacei, dorso subsericei, basi omninò liberi, nec pilis connexi.

“In alpinis vivipara evadit.” *D. Davies.*

nemoralis.

15. POA paniculâ foliisque attenuatis, spiculis lanceolatis subtrifloris, glumis acutis obsoletè quinquenervibus, stipulâ brevissimâ crenatâ.

Poa nemoralis. *Sp. Pl.* 102. *With.* 146. *Relb.* 36. *Sibth.* 43. *Leers.* 30. *t.* 5. *f.* 3. *Fl. Dan.* *t.* 749.

P. angustifolia β. *Huds.* 41.

Gramen paniculatum angustifolium alpinum, locustis rarioribus & angustioribus, non aristatis. *Scheuchz. Prod.* 18. *t.* 2.

β. *Poa angustifolia* α. *Huds.* 40.

P. pratensis, var. 2. *With.* 142. ex *Herb.* *D. Woodward.*

P. trivialis. *Leers.* 26. *t.* 6. *f.* 2 ?

Gramen paniculatum pratense majus, angustiore folio. *Morif. sect.* 8. *t.* 5. *f.* 19.

Angl. Wood Meadow-grass.

In nemorosis.

Most plentiful in the north of England.

Perennis. *Fl.* Junio.

Radix parùm repens. Culmi plures, erecti, sesquipedales, graciles, subcompressi, striati, glabri, foliosi. Folia omnia ferè caulina, angusta, attenuato-setacea, acuta, striata; superiora utrinque margineque aspera; inferiora subtus glabrata. Vaginæ vix longitudine foliorum, compressæ, glabriusculæ. Stipula brevissima, crenata. Panicula

Panicula erectiuscula, diffusa, ramis gracilibus, semi-verticillatis, angulatis, scabris, sæpè flexuosis, magis vel minùs ramosis. Spiculæ lanceolatae, acutæ, nitidiusculæ, glabræ. Glumæ calycinæ subæquales, spiculâ parùm breviores, lanceolatae, acuminatae, trinerves, carinâ apicem versus scabræ. Flosculi 2 ad 4, approximati, lanceolati, acuti, vix manifestè quinquenerves, margine apiceque membranacei, dorso magis minùsve sericei, basi subpilosi, sed liberi, neque villis congestis protrahendis connexi; valvulæ interiores acutæ, intùs carinatae, margine subpubescentes.

Varietas β gaudet habitu firmiori, caule foliisque minùs attenuatis, paniculâ densiori, flosculis magis plerumque numerosis; faciem verò habet Poæ pratensis vel trivialis. Dignoscitur tamen flosculis liberis, basi licet pilosis, acutioribus et minùs nervosis, stipulâ brevissimâ, subcrenatâ vel ciliatâ, adeo ut cum illis associari nequeat.

16. POA paniculâ subsimplici coarctatâ erectâ, *decumbens*.
spiculis ovatis quadrifloris longitudine calycis, *bens*.
stipulis ciliaribus.

Poa decumbens. *Witb.* 147.

Festuca decumbens. *Sp. Pl.* 110. *Huds.* 47.

Relb. 43. *Sibth.* 46. *Fl. Dan.* t. 162.

Leers. 34. t. 7. f. 5. *Dicks. H. Sicc. fasc.*

11. 3.

Melica decumbens. *Web. Gott.* 3.

Gramen avenaceum parvum procumbens, paniculis non aristatis. *Raii Syn.* 408.

G. triticeum palustre humilius, spicâ brevior.

Morif. sect. 8. t. 1. f. 6.

Angl. Decumbent Meadow-grass.

In pascuis sterilibus humidiusculis, præcipuè montosis spongiosis.

Perennis. Fl. Julio.

Radix fibrosa, ramosa, subrepens. Culmus decumbens, sub florescentiâ erectus, pedalis, geniculatus, rigidus, glaberrimus,

glaberrimus, foliaceus. Folia linearia, obtusiuscula, involuta, rigidula, striata, dorso apicem versus asperrima. Vaginæ striatæ, apice præcipuè pilosæ. Stipula brevissima, e ciliis densissimis, æqualibus, erectis. Panicula erecta, subsimplex, pauciflora, rachi et pedunculis flexuosis, angulatis, scabriusculis. Spiculæ ovatæ, tumidæ, acutæ, glabræ, sæpius purpurascentes. Glumæ calycinæ longitudine circiter ipsius spiculæ, vel parum longiores, subæquales, ovatæ, acutæ, obsoletè nervosæ, carinâ scabræ. Flosculi 3 ad 5, arctè imbricati, elliptici, glaberrimi, nitidi, obsoletè multinerves, basi pilosi, liberi, margine sericei, apice trifidi, nec aristati; glumis interioribus ellipticis, obtusis, margine ciliatis.

34. BRIZA. *G. Pl.* 35. *Juss.* 32. *Gærtn. t.* 1.

Cal. bivalvis, multiflorus. *Spicula* disticha. *Cor.* bivalvis, ventricosa, valvulis cordatis obtusis. *Semen* corollæ adnatum, depressum.

minor. 1. BRIZA spiculis triangularibus septemfloris, calyce flosculis longiore, stipulâ lanceolatâ longissimâ.

Briza minor. *Sp. Pl.* 102. *Huds.* 38. *With.* 148. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 5. 3.

Gramen tremulum minus, paniculâ amplâ, locustis parvis triangulis. *Raii Syn.* 412.

G. tremulum minus, locustâ deltoide. *Morif. sect.* 8. *t.* 6. *f.* 47.

Angl. Small Quaking-grass.

In arvis Angliæ australioris rarissimè.

Near Bath. *Mr. Alchorne.* *Huds.* In cornfields between Pensance and Marketjew, Cornwall, 1774.

Lightf. in Herb. Jersey. *Sherard.* Guernsey. *Yalden.*

Annua. Fl. Julio.

Radix fibrosa, parva. Culmus erectus, spithamæus, teres, glaberrimus, foliosus, basi sæpius ramosus. Folia vaginantia, erecta, lanceolata, acuta, plana, lætè viridia, striata,

striata, margine scabra. Vagina striata, glabra. Stipula lanceolata, longissima, amplexicaulis, decurrens, supernè folio adnata, tenuissima. Panicula diffusa, patentissima, multiflora, ramis binatis, ramulis dichotomis, divaricatis, capillaribus, scabris, viridibus. Spiculæ pendulæ, tremulæ, deltoideæ, glabræ, albo viridique variæ, subseptemfloræ. Glumæ calycinæ subæquales, concavæ, obtusissimæ, striatæ, margine membranaceæ, carinâ læves, flosculis longiores. Flosculi calyci conformes, alterni, sensim minores; glumis interioribus longè minoribus, emarginatis.

2. BRIZA spiculis ovatis septemfloris, calyce flos- *media*
culis brevior, stipulâ brevissimâ obtusâ.

Briza media. *Sp. Pl.* 103. *Huds.* 38. *Relb.* 38.

Sibth. 43. *Engl. Bot. t.* 340. *Mart. Fl. Rust.*

t. 39. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 5. 2. *Leers.* 25.

t. 7. *f.* 2. *Fl. Dan. t.* 258.

Gramen tremulum. *Raii Syn.* 412.

G. tremulum vulgare minus, Phalaris minor Lobelii. *Morif. sect.* 8. *t.* 6. *f.* 45.

Phalaris pratensis. *Ger. em.* 86.

Angl. Common Quaking-grass.

In pascuis frequens.

Perennis. Fl. Maio, Junio.

Radix fibrosa, elongata. Culmus pedalis et ultra, erectus, teres, foliosus, glaberrimus. Folia vaginantia, erectiuscula, lanceolata, acuta, plana, striata, scabriuscula. Vaginæ caulinae longissimæ, striatæ, glabræ. Stipula brevissima, obtusa, vix decurrens, neque folio supernè adnata, quibus notis a B. minore et a virenti abundè differt. Panicula diffusa, patens, multiflora, ramis binatis, ramulis ut in priore, sed fuscis nec viridibus. Spiculæ pendulæ, tremulæ, ovatæ vel subcordatæ, glabræ, nitidæ, albo fuscoque variæ, septem- (subinde novem-) floræ. Glumæ calycinæ subæquales, concavæ, obtusæ, vix striatæ, margine scariosæ, carinâ læves, flosculis parùm breviores. Flosculi calyci conformes, alternatim,

alternatim, ut in præcedente, digesti; glumis interioribus etiam emarginatis.

35. DACTYLIS. *G. Pl.* 35. *Juss.* 31.

Cal. bivalvis, compressus; alterâ valvulâ majore, carinatâ.

stricta. 1. DACTYLIS spicis geminis erectis lævibus, spiculis secundis pubescentibus.

Dactylis stricta. *Soland. in Ait. Hort. Kew.* v. 1. 104. *Engl. Bot. t.* 380. *With.* 149. t. 27.

D. cynosuroides. *Huds.* 43. *With. ed.* 2. 93. *Loefling. It. Hisp.* 115.

Spartum Effexianum, spicâ geminâ clausâ. *Dill. in Raii Syn.* 393.

Angl. Smooth Cock's-foot-grass.

In pratis limosis maritimis humilioribus.

About the mouths of rivers in Kent, Essex and Suffolk principally. In the Isle of Shepey plentifully. *Rev. Dr. Goodenough.*

Perennis. Fl. Augusto.

Radix repens, fibris longissimis. Culmus erectus, subpedalis, rigidus, simplex, teres, glaberrimus, foliosus. Folia alterna, vaginantia, rigida, involuta, apice subulato-mucronata, glabriuscula, supernè profundius striata, dorso læviora. Vaginæ culmum arctè amplectentes, cylindricæ, striatæ, intus nitidæ, glabræ, foliis delapsis persistentes, dein parùm divaricatæ et subcarinatæ. Stipula brevissima, erosa. Spicæ geminæ, rariùs ternæ, erectæ, subæquales, sibi invicem dorso applicatæ, simplices, rachi angulatâ, striatâ, lævi. Spiculæ secundæ, duplici serie alternatim imbricatæ, sessiles, erecto-adpressæ, unifloræ. Glumæ calycinæ lineares, acuminatæ, complicato-carinatæ, pubescentes; interior brevior et multò angustior, glabra. Petala subæqualia, calyce majora, carinata, acutiuscula. Antheræ lineares, exsertæ.

exsertæ. Styli basi connati, stigmatibus subulatis, villosis.

A D. cynosuroide abunde differt spicis paucissimis, neque numerosis vel paniculato-spicatis, rachi spiculisque inermibus, nec spinoso-exasperatis.

2. DACTYLIS paniculâ secundâ supradecompositâ *glomerata*.
glomeratâ.

Dactylis glomerata. Sp. Pl. 105. Hudf. 43.

With. 150. Relb. 39. Sibth. 43. Schreb.

Gram. 72. t. 8. f. 2. Engl. Bot. t. 335.

Mart. Fl. Rust. t. 14. Leers. 21. t. 3. f. 3.

Gramen asperum. Raii Syn. 400.

Angl. Rough Cock's-foot-grass.

In pratis et umbrosis vulgaris.

Perennis. Fl. Junio—Augusto.

Radix fibrosa, subcæspitosa. Culmus erectus, bipedalis, teres, striatus, supernè nudus, scabriusculus. Folia linearia, acuta, patentia, longa, obscurè viridia, striata, margine præcipuè scabra. Vaginæ striatæ, compressæ, scabræ. Stipula elongata, lacera. Panicula alternatim ramosa, ramis remotis, angulatis, scaberrimis, rigidis, decompositis. Spiculæ secundæ, conglomeratæ, scabræ. Glumæ calycinæ maximè inæquales, carinatæ, acuminatæ; exterior trinervis, carinâ ciliatâ; interior membranacea, glabra. Flosculi tres vel quatuor, rariùs solitarii, calyce majores, quinquenerves, mucronati, carinâ pectinato-ciliati; gluma interior bifida, margine ciliata. Antheræ purpureæ, exsertæ, tremulæ.

36. CYNOSURUS. *G. Pl. 36. Juss. 31. Gærtn. t. 1.*

Cal. bivalvis, multiflorus. Receptaculum proprium unilaterale, foliaceum.

1. CYNOSURUS bracteis pinnato-distichis *mucristatus*.
ticis, spicâ simplici lineari.

Cynosurus

Cynosurus cristatus. *Sp. Pl.* 105. *Huds.* 59.
With. 150. *Relb.* 39. *Sibth.* 52. *Schreb.*
Gram. 69. *t.* 8. *f.* 1. *Engl. Bot.* *t.* 316.
Mart. Fl. Rust. *t.* 106. *Leers.* 49. *t.* 7. *f.* 4.
Gramen cristatum. *Ger. em.* 29.* *Raii Syn.* 398.
Angl. Crested Dog's-tail-grass.

In pascuis ficcioribus vulgaris.

Perennis. *Fl.* Julio.

Radix fibrosa, cæspitosa. Culmi plures, erecti, stricti, pedales, foliosi; supernè nudi, teretes, striati, glaberrimi. Folia linearia, acuta, lævia. Vaginæ teretes, striatæ, glaberrimæ. Stipula brevis, obtusa, erosa. Spica simplex, linearis, obtusa, stricta, securida, rachi subflexuosa, angulatâ, lævi. Spiculæ alternæ, ovatæ, multifloræ, subsessiles. Glumæ calycinæ lineares, acutæ, carinatæ, carinâ scabræ. Flosculi alterni, tumiduli, vix carinati, apicem versus scabri, mucronati. Bractææ pectinatæ, e glumis (monente Stokesio) abortivis, alternis, distichis, compresso-carinatis, dorso scabris, acutis, vix aristatis.

Varietatem tetrastricham, tetragonam, descripsit Raius in *Syn.* p. 399.

Quandoque vivipara evadit.

echinatus.

2. *CYNOSURUS* bracteis pinnatis scariosis longissimè aristatis, spicâ compositâ ovatâ.

Cynosurus echinatus. *Sp. Pl.* 105. *Huds.* 59.
With. 150.

Gramen alopecuroides spicâ asperâ brevi. *Raii Syn.* 397. *Barell. Ic.* *t.* 123. *f.* 2.

G. paniceum, spicâ asperâ latiore. *Morif. sect.* 8. *t.* 4. *f.* 13.

Angl. Rough Dog's-tail-grass.

In arenosis, sub cælo mitiore.

On all the sandy grounds of Jersey. *Sherard.*
Near Sandwich. *Hudson.* Near Hastings, but very sparingly. *Rev. Dr. Goodenough.*

Annua.

Annua. Fl. Julio.

Radix fibrosa, parva. Culmus erectus, foliosus, teres, striatus, lævis, basi ramosus. Folia lineari-lanceolata, acuta, lætè virentia, striata, utrinque scabra. Vaginæ parum inflatæ, subancipites, scabriusculæ, fulcatæ. Stipula lanceolata, membranacea. Panicula ovata, conglomerata, ramosa. Spiculæ alternæ, ovatæ, pallidæ, scabræ. Glumæ calycinæ æquales, tenuissimæ, membranaceæ, acutæ, scabræ. Flosculi plures, apicem versus scabri, longissimè aristati, aristâ scabrâ, purpurascente; valvulis interioribus muticis. Bractææ e glumis alternis, lanceolatis, nervosis, scabris, flosculorum more aristatis.

37. FESTUCA. *G. Pl.* 36. *Juss.* 32.

Cal. bivalvis. *Spicula* oblonga, teretiuscula, disticha; glumis acuminatis.

1. FESTUCA paniculâ secundâ coarctatâ, flosculis teretiusculis basi glabris, culmo tetragono, foliis setaceis scabris.

Festuca ovina. *Sp. Pl.* 108. *Huds.* 44. *With.* 152. *Relh.* 40. *Sibth.* 43. *Engl. Bot.* t. 585. *Mart. Fl. Rust.* t. 102. *Leers.* 32. t. 8. f. 3.

Gramen foliolis junceis brevibus, majus, radice nigrâ. *Scheuchz. Agr.* 279. t. 6. f. 8.

- β. *Festuca rubra.* *With.* 153. (nec Linnæi), ex ipso auctore.

- γ. *F. tenuifolia.* *Sibth.* 44. *With.* 155.

F. ovina β. *Leers.* 33. t. 8. f. 4.

Gramen capillaceum, locustellis pennatis non aristatis. *Raii Syn.* 410. *Pluk. Phyt.* t. 34. f. 2.

G. loliaceum, foliolis junceis brevibus minus. *Moris. sect.* 8. t. 3.

Angl. Sheep's Fescue-grass.

In pascuis ficcioribus, collibusque apricis frequens.

Var. γ . vulgatissima est.

β . In the New Forest, Hampshire. *Dr. Withering*.

Perennis. Fl. Junio.

Radix fibrosa, cæspitosa, fibris capillaribus, nigris, glabris. Culmi spithamæi, erecti, simplices, tenues, rigiduli, glabri, basi foliosi, apicem versus præcipuè tetragoni. Folia longitudine et directione varia, tenuissima, angulato-setacea, acuta, scabra, sæpe glaucescentia. Vaginæ striatæ, glabræ. Stipula brevissima. Panícula lanceolata, secunda, ramosa, rachi pedunculisque angulatis, subflexuosis, scabris. Spiculæ erectæ, ovato-lanceolatæ, glabræ. Glumæ calycinæ inæquales, lineari-lanceolatæ, acuminatæ, carinatæ, angulatæ, glabræ. Flosculi 4 vel 5, remotiusculi, teretiusculi, parum compressi vix carinati, enerves, glabri, basi lævissimi, apicem versus tuberculis minutis scabri, sæpius mutici, quandoque (ut in herbario Linnæano) aristati, aristis scabris, rectis, longitudine variis. Valvula interior mutica, acutiuscula, concava, margine omnino glabro, subrevoluto.

β . differt colore tantum paniculæ purpurascente. Flosculi in γ mutici; folia verò erecta subflaccida, vel rigida incurva, nullæ varietati peculiaris sunt.

vivipara.

2. FESTUCA paniculâ secundâ coarctatâ, flosculis compresso-carinatis muticis calyceque subpubescentibus, culmo tetragono, foliis setaceis lævibus.

Festuca ovina β . *Sp. Pl.* 108. *Huds.* 44. *Lightf.* 101. *With.* (var. 4.) 152.

Gramen sparteum montanum, spicâ foliaceâ gramineâ, majus et minus. *Raii Syn.* 410. *t.* 22. *f.* 1.

G. paniculatum sparteum alpinum, paniculâ angustâ, spadiceo-viridi, proliferum. *Scheuchz. Prod.* 21. *t.* 1. *f.* 2.

Angl. Viviparous Fescue-grass.

In

In cacuminibus montium altissimorum.

On Ingleborough, Skiddaw, Snowdon, and on most of the Scottish mountains.

Perennis. Fl. Julio.

Radix et culmus ut in præcedente. Folia recurva, angulato-setacea, minus rigida, et omnino lævia, lætè viridia. Panicula abbreviata, subsimplex, erecta, secunda, rachis pedunculisque angulatis, scabris. Spiculæ erectæ, ovato-lanceolatæ, plerumque mollissimè pubescentes. Glumæ calycinæ valde inæquales, lanceolatæ, acuminatæ, carinatæ, angulatæ, pubescentes. Flosculi 4 vel 5, arctè imbricati, lanceolati, acuminati, mutici, acutè carinati, magis vel minus compressi, angulati, nervosi, toti pubescentes, rarius glabri; superiores 2 vel 3, metamorphosi glumarum in folia, vivipari. Glumæ interiores margine nunquam non pubescunt.

In hortis, monente Linnæo, ut et Witheringio ex observationibus D. Gough, perpetuò vivipara manet. Videtur species a priore distincta.

3. FESTUCA paniculâ secundâ diffusâ, flosculis *durius-*
aristatis, culmo tereti, foliis caulinis planis, *cula.*
radice fibrosa.

Festuca duriuscula. *Sp. Pl.* 108. *Huds.* 44.
With. 153. *Relb.* 40. *Sibth.* 44. *Leers.* 33.
t. 8. *f.* 2. *Engl. Bot.* *t.* 470.

Gramen pratense, paniculâ duriore laxâ, unam partem spectante. *Raii Syn.* 413. *t.* 19. *f.* 1.

β. *Huds.* 45.

Festuca dumetorum. *Sp. Pl.* 109. *With.* 154.
Fl. Dan. *t.* 700.

Angl. Hard Fescue-grass.

In pratis et pascuis ficcioribus ubique. *β* in dumetis et ad sepes.

Perennis. Fl. Junio.

Radix fibrosa, fusca, villosa. Culmi pedales vel bipedales, erecti, simplices, foliosi, glabri, teretes, striati, quandoque

doque subcompressi. Folia longitudine varia, angusta, acuta; radicalia fetacea, scabra; caulina plana, lævia, subinde supra pubescentia. Vaginæ striatæ, glabræ, longissimæ. Stipula minuta. Panicula ferè Festucæ ovinæ, at omni parte major, floribusque magis carinatis, semper aristatis, vix apice scabris, glumis interioribus margine pubescentibus.

Flosculi in β mollissimè pubescunt, calyce semper glabro.

- rubra.* 4. FESTUCA paniculâ secundâ, flosculis teretiusculis aristatis, foliis supra pubescentibus, radice repente.

Festuca rubra. *Sp. Pl.* 109. *Huds.* 45. *Lightf.* 102. *Stillingfl. Misc.* t. 9.

Gramen alpinum pratense, paniculâ duriore laxâ spadiceâ, locustis majoribus. *Scheuchz. Agr.* 287. t. 6. f. 9. ex descr.

β . Festuca cambrica. *Huds.* 45. *With.* 155.

γ . F. glabra. *Lightf.* 1085. *Huds.* 648. *With.* 154. *Angl.* Creeping Fescue-grass.

In pascuis montosis et cacuminibus alpinis, etiam in arenosis maritimis.

α . At Yarmouth. *Mr. Woodward.* Scarborough. *Mr. Teesdale.* Exmouth sands, Devonshire. *Mr. Newberry,* and *Rev. Dr. Goodenough.* Dumfries-shire. *Mr. J. Burges's Mac-Garroch.* Near Kirkby Lonsdale, Westmoreland, 1783.

β . On the ledges of Clogwin y Garnedth, the highest rock of Snowdon. *Herb. Banks.*

γ . At Ardbiglen in Galloway. *Herb. Lightf.*

Perennis. Fl. Julio.

Radix repens, flagellis longissimè (in maritimis) per arenam mobilem extensis, filiformibus, glabris, hinc inde fibris nigris radicanibus. Culmi subpedales, decumbentes, simplices, basi præcipuè foliosi, teretiusculi, glaberrimi, striati. Folia linearia, demum involuta, acuta, subpungentia; subtus lævia, vix carinata; supra fulcata, pubescentia. Vaginæ fulcatæ; caulinae longissimæ,

giffimæ, glabræ; radicales abbreviatæ, dilatatæ, magis vel minùs retrorfùm pubescentes. Stipula brevissima, erosa. Panicula secunda, ramosa, rachi pedunculisque fulcatis, angulis scabris. Spiculæ erectiusculæ, ovatæ, purpurascèntes; in maritimis glaucescentes. Glumæ calycinæ lineari-lanceolatæ, acutæ, nervosæ, inæquales, glabræ, rariùs carinâ vel margine ciliatæ. Flosculi plerumque quinque vel sex, parùm distantes, lanceolati, subcompressi, vix carinati, brevius aristati, sæpiùs apice margineque tantum pubescentes, dorso glaberrimo, at interdum in maritimis undique villosi, ut in *F. duriuscula* β , dumetorum. Glumæ interiores parùm breviores, obtusiusculæ, margine pubescentes vel ciliatæ ut in *Bromis*.

Dignoscitur radicibus latè repentibus. Var. β gaudet paniculâ simpliciore, flosculis majoribus, latioribus, ferè ovatis, vel omninò glabris, vel margine pubescentibus, foliis suprà minùs pubescentibus, non verò glabris. Spiculæ in γ trifloræ, flosculis plerumque glaberrimis.

5. *FESTUCA* paniculâ secundâ erectâ, flosculis *brom-*
subulatis aristatis apice scabris, foliis fetaceis *oides*.
vaginâ brevioribus.

Festuca bromoides. *Sp. Pl.* 110. *Huds.* 46.
With. 151. *Sibth.* 44.

Bromus dertonensis. *Allion. Ped. v.* 2. 249.

Gramen paniculatum bromoides minus, paniculis
aristatis, unam partem spectantibus. *Raii*
Syn. 415. *Pluk. Phyt. t.* 33. f. 10. *Rel.*
Rudb. 17. f. 3.

G. bromoides, paniculâ heteromallâ, longioribus
aristis donatâ. *Scheuchz. Agr.* 290. t. 6. f. 10.
Herb. Sher. ex ipso *Scheuchzero*.

Angl. Barren Fescue-grass.

In muris, et locis arenosis sterilioribus.

Annua. Fl. Junio.

Radix fibrosa, cæspitosa, ramosissima, fusca. Culmi
plurimi, spithamæi vel pedales, erecti, teretes, glaber-

rimi, basin versus foliosi, geniculis 3 vel 4, fuscis. Folia pallidè viridia, erecta, setacea, angulata, acuta, lævia, brevia. Vaginæ foliis longiores, subventricosæ, sulcatae, glabræ. Stipula exigua. Panícula erecta, uncialis, vix unquam biuncialis, secunda, spicata, basi subramosa; rachi pedunculisque angulatis scabriusculis. Spiculæ erectæ, glabræ, ovatæ. Glumæ calycinæ acutæ, glabræ; exterior angustissima, ferè setacea; interior duplò longior et triplò ferè latior, trinervis. Flosculi circiter sex, remotiusculi, subulati, parùm compressi, ecarinati, apicem versus tuberculis exasperati, aristati, aristis rectis, scabris, valvulâ longioribus. Valvula interior acutiuscula, margine pubescens. Semen lineare, sulco exaratum.

Magnitudine variat infinitè.

myurus. 6. FESTUCA paniculâ secundâ nutante elongatâ, flosculis subulatis aristatis apice scabris, foliis setaceo-subcarinatis brevissimis.

Festuca myurus. *Sp. Pl.* 109. *Huds.* 46.

With. 151. *Relb.* 41. *Sibth.* 44. *Dicks.*

H. Sicc. fasc. 10. 2. *Leers.* 34. *t.* 3. *f.* 5.

Gramen murorum, spicâ longissimâ. *Raii Syn.* 415. *Ger. em.* 29.*

G. avenaceum murorum, spicâ longissimâ nutante aristatâ. *Morif. sect.* 8. *t.* 7. *f.* 43.

Angl. Wall Fescue-grass.

In muris, et locis sterilibus.

Annua. Fl. Junio.

Præcedenti proxima, at distincta. Differt foliis minùs setaceis, culmo plerumque elatiori, paniculâ quadruplò longiore, ramosâ atque nutante. Spiculis flosculisque cum priore omninò convenit. Variat glumis pilosis, sed rariùs.

uniglumis. 7. FESTUCA paniculâ secundâ erectâ subsimplici, flosculis subulatis compressis aristatis, calycis valvulâ alterâ brevissimâ.

Festuca

Festuca uniglumis. Soland. in Ait. Hort. Kew.
v. 1. 108.

Stipa membranacea. Sp. Pl. 116? Mant. 2.
326?

Lolium bromoides. Hudf. 55. With. 169.

Festuca avenacea sterilis humillima, spicâ unam
partem spectante. Petiv. Conc. Gram. 101.
Dill. in Raii Syn. 413. sub n. 3. t. 17. f. 2,
exclusis omninò citationibus Syn. ed. 2, quæ
ad Bromum diandrum pertinent.

Angl. Single-husked Fescue grass.

In arenosis maritimis.

In Mersey island, near Colchester. Dale. On the
coast of Suffex. Dillenius. At Little Hamp-
ton, Suffex; also near Landguard Fort. Rev.
Dr. Goodenough.

Annua, vel Biennis. Fl. Junio.

Radix fibrosa. Culmi plures, spithamæi, erectiusculi, an-
gulati, læves, foliosi, basi ramosi. Folia lanceolata,
acuta, subinvoluta, striata, lævia. Vaginæ foliis lon-
giores, ventricosæ, striatæ, glabræ. Stipula brevis, ob-
tusa. Panicula erecta, sesqu-uncialis, secunda, basi parùm
ramosa, supernè spicata; rachi pedunculisque compressis,
angulis scabris. Spiculæ erectæ, lanceolatæ, compressæ.
Gluma calycina exterior longitudine ferè spiculæ, subu-
lata, compressa, acuminata, carinata, trinervis, apice ca-
rinâque scabra; interior minutissima, vix nisi oculo
armato cernenda, albida. Flosculi 5 ad 8, subulato-
triquetri, carinati, aristati, scabri, remoti, superiores
abortivi. Aristæ flosculis duplò longiores, rectæ, ca-
pillares, scabræ. Valvulæ interiores lineares, angustis-
simæ, acutæ, margine scabræ.

Præcedentibus speciebus valde affinis est, nec ullam cum
Lolio habet affinitatem vel similitudinem.

Stipa membranacea Linnæi, ad *Festucas* proculdubio re-
vocanda, huic quam maximè affinis est, et ferè eadem
species; vix enim discrepat nisi habitu laxiore magis-
que luxuriante pedunculis longitudinaliter quasi fulcatis,

glumâ calycinâ interiore magis aliquantulum conspicuâ.

gigantea. 8. *FESTUCA* paniculâ secundâ nutante ramosâ laxâ, flosculis lanceolatis ventricosus aristatis, foliis ensiformibus nervosis.

Festuca gigantea. *Villars. Dauph. v. 2. 110.*

Bromus giganteus. *Sp. Pl. 114. Hudf. 51.*

With. 162. Relb. 47. Sibth. 48. Curt.

Lond. fasc. 5. t. 7. Schreb. Gram. 88. t. 11.

Fl. Dan. t. 440. Leers. 39. t. 10. f. 1.

B. n. 1510. Hall. Hist. v. 2. 238.

Gramen avenaceum glabrum, paniculâ e spicis raris strigosis compositâ, aristis tenuissimis.

Raii Syn. 415.

G. avenaceum paniculatum Gallo-Provinciale Aquilegiæ femine. Moris. vol. 3. 214. n. 29. ex Herb. Bobart. N. 30 in eodem herbario non reperitur.

G. sylvaticum glabrum paniculâ recurvâ. Vaill. Paris. t. 18. f. 3.

G. bromoides aquaticum latifolium, paniculâ sparsâ tenuissimè aristatâ. Scheuchz. Agr. 264. t. 5. f. 17.

Festuca avenacea sterilis elatior, spicis aristatis in gyrum contortis. Rel. Rudb. 17. f. 2.

Angl. Tall Fescue-grass.

In sylvis et sepibus humidiusculis.

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Radix fibrosa. Culmus tri- vel quadripedalis, erectus, teres, lævis, striatus, foliosus. Folia erectiuscula, ensiformia, acuminata, pedalia, lata, plana, nervosa, utrinque margineque scabra. Vaginæ longæ, striatæ, glabræ, nec pilosæ. Stipula brevis, erosa, amplexicaulis, purpurascens. Panicula elongata, nutans, ramosa, multiflora, rachi ramulisque angulatis scabris. Spiculæ alternæ,

alternæ, ovato-lanceolatæ, glabræ, nutantes. Glumæ calycinæ inæquales, acuminatæ, glabræ, carinatæ; interior latior et trinervis. Flosculi 4 ad 6, imbricati, glabri, ovato-lanceolati, vix carinati, apice quinque-nerves. Arista terminalis, flosculo duplo vel triplo longior, capillaris, scabra, albida, quandoque subflexuosa. Gluma interior longitudine et ferè latitudine exterioris, acuta, concaviuscula, margine primo intuitu glabra, sed oculo armato scabra ut in plurimis Festucis, nec ciliata ut in Bromis.

Gluma interior non pectinato-ciliata, arista, monente Villarsio, terminalis, radix insuper perennis, hanc speciem a Bromis ad Festucas amandari suadent. A Bromo aspero distinctissima est.

9. FESTUCA paniculâ secundâ erectâ ramosissimâ coarctatâ, flosculis oblongis angulatis muticis, foliis ensiformibus striatis. *calamaria.*

Festuca sylvatica. Villars. *Dauph.* v. 1. 271, v. 2. 105?

Poa sylvatica. Pollich. v. 1. 83, ex descr. optimâ; excluso reverà synonymo Halleri.

Gramen paniculatum nemorosum latifolium glabrum, paniculâ nutante non aristatâ. Till. *Pif.* 45. Herb. Sherard. ex Tillio & Michelio.

Angl. Reed-like Fescue-grass.

In sylvis subalpinis Scotiæ.

In a moist wooded valley at the foot of Ben Lawers, 1793. Mr. Mackay.

Perennis. Fl. Julio.

Radix fibrosa, cæspitosa. Culmi plures, erecti, tripedales, arundinacei, stricti, teretes, striati, glaberrimi, foliosi, geniculis constrictis, purpurascens. Folia erecta, plana, ensiformia, acuminata, striata, margine præcipuè scabra. Vaginæ longitudine plerumque foliorum, cylindricæ, strictæ, striatæ, scabriusculæ, minimè pilosæ vel hirtæ. Stipula breviuscula, obtusa, erosa. Panicula

nicula pro ratione plantæ parva, erecta, secunda, ramifissima, multiflora. Rami binati vel ternati, angulati, scabri. Spiculae parvae, congestae, erectae, ovato-oblongae, compressiusculae, albido-virescentes, sæpè subpurpurascentes, oculo armato subpubescentes. Glumæ calycinæ setaceae, acuminatae, carinatae, laeves, parùm inæquales. Flosculi tres ad quinque, distichi, remotiusculi, lineari-oblongi, angulato-teretes, glumis subæqualibus, convexis, lanceolatis, acuminatis, muticis, scariosis, compresso-carinatis, carinâ obsoletè scabris. Antheræ lineares, flavæ.—Peculiares sunt glumæ interiores exteriorum modo convexæ, carinatae, margine attenuatae nudæ, vix concavæ vel depresso, margineve incrassato, binervi, pubescente.

Hujusce exemplaria e Michelio missa cum Festuca elatiore confudit Dillenius in Herbario Sherardiano; confer *Raii Syn.* 411. 15.

loliacea. 10. FESTUCA spicâ distichâ nutante, spiculis subsessilibus lineari-oblongis, flosculis cylindricis enervibus muticis.

Festuca loliacea. *Huds. ed.* 1. 38. *With.* 157.

Curt. Lond. fasc. 6. t. 9. *Sibth.* 45.

F. fluitans β. *Huds.* 47.

Poa n. 1452. *Hall. Hist.* v. 2. 219.

Graminis loliacei vulgaris, varietas spicis rariùs dispositis. *Morif. sect.* 8. t. 2. f. 2.

Angl. Spiked Fescue-grass.

In pascuis humidis.

Near London not very uncommon. Perhaps frequently overlooked, being mistaken for *Lolium perenne*.

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Radix fibrosa. Culmi erecti, bipedales, simplices, teretes, striati, glabri, foliosi. Folia linearia, acuminata, patentia, plana, striata, lævia. Vagina longa, striata, glabra. Stipula brevissima, amplexicaulis. Spica elongata, nutans, disticha, multiflora, basi quandoque subramosa, rachis

racchi angulatâ, hinc inde excavatâ, angulis asperâ. Spiculæ alternæ, plerumque sessiles, obliquè patentes, lineari-oblongæ, acutæ, multifloræ, glabræ; inferiores sæpius pedunculatæ, et frequenter binæ. Glumæ calycinæ muticæ, inæquales; altera subulato-triquetra, brevior; altera longior multoque latior, multinervosa, vix carinata. Flosculi distichi, remotiusculi, acuti, mutici, vix unquam aristati, cylindrici, ecarinati, omninò læves et enerves. Glumæ interiores haud breviores, complanatæ, margine pubescentes.

Dignoscitur ab omni Poæ fluitantis varietate, glumis acutis, enervibus; a Loliis, calyce bivalvi. Facies Lolii perennis.

11. FESTUCA paniculâ secundâ erectiusculâ *pratensis*.
laxâ, spiculis linearibus compressis obtusiusculis, flosculis cylindricis obsoletè nervosis.

Festuca pratensis. *Huds. ed. 1. 37. Curt.*

Lond. fasc. 6. t. 7. Mart. Fl. Rust. t. 84.

F. elatior. Linn. Fl. Suec. 32. With. 156.

var. 2. Lightf. 102?

F. fluitans γ. Huds. 47.

Gramen paniculatum elatius, spicis longis muticis squamosis. *Raii Syn. 411. excluso syn. Barrelieri.*

Angl. Meadow Fescue-grass.

In pratis et pascuis humidioribus.

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Radix fibrosa. Culmi plures, erecti, sub-bipedales, simplices, teretes, striati, glabri, foliosi. Folia linearia, acuminata, patentia, striata, superiora utrinque scabra. Vaginæ striatæ, lævissimæ. Stipula brevissima, amplexicaulis. Panicula erectiuscula, ramosa, secunda, patens, ramis binatis, inæqualibus, plerumque simplicibus, subracemosis, scabris. Spiculæ brevius pedicellatæ, alternæ, erecto-divaricatæ, lineari-oblongæ, compressæ, obtusiusculæ, multifloræ, glabræ. Glumæ calycinæ inæquales, acutiusculæ, carinatæ, glabræ; alterâ paulò

paulò latiore, trinervi. Flosculi numerosi, parùm remoti, distichi, læves, cylindrici, acuti, basi ecarinati, apicem versus obsoletè quinquenerves et subcarinati, plerumque mutici. Glumæ interiores concavæ, vix breviores, apicè laceræ, margine pubescentes.

elator. 12. **FESTUCA** paniculâ subdiffusâ nutante ramosissimâ laxâ, spiculis ovato-lanceolatis acutis, flosculis cylindricis obsoletè nervosis.

Festuca elator. *Sp. Pl.* 111. *Huds.* 47. *Sibth.* 45. *With.* 155. *Curt. Lond. fasc.* 6. t. 7. *Schreb. Gram.* 34. t. 2. *Leers.* 35. t. 8. f. 6.

Gramen paniculatum nemorosum, latiore folio, glabrum, paniculâ nutante non aristatâ. *Dill. in Raii Syn.* 411. nec tamen *Michellii*; confer *F. calamariam*, p. 121.

G. loliaceum, spicâ divisâ, pratense majus. *Morif. v.* 3. 183. *sect.* 8. t. 2. f. 15.

G. arundinaceum aquaticum, paniculâ avenaceâ. *Raii Syn.* 411. *ed.* 2. 254?

Angl. Tall Fescue-grass.

In pratis humidis, salicetis, et ad fossiarum margines.

Near Dover. *Herb. Sherard.* About Battersea and Chelsea. *Curtis.* Near Hastings, under the rocks to the east of the town. *Rev. Dr. Goodenough.*

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Radix fibrosa, subrepens, limum profundè penetrans. Culmi tri- vel quadripedales, striati, glabri, foliosi. Folia ut in præcedente, sed duplo latiora atque longiora, nervosa, omnia utrinque glabra, margine tantum scabra. Panicula nutans, demum suberecta, minùs secunda, decomposita, spiculis quam in præcedente duplo numerosioribus, ovatis, acutis, parùm compressis. Reliqua ut in *F. pratensi*, parùm verò majora.

38. BROMUS. *G. Pl.* 36. *Juss.* 32.

Cal. bivalvis. *Spicula* oblonga, disticha: *arista* infra apicem: *gluma* interior pectinato-ciliata.

1. BROMUS paniculâ patente; pedunculis sub-*secalinus*, simplicibus, spiculis ovatis compressis decemfloris, flosculis distinctis teretiusculis.

Bromus secalinus. *Sp. Pl.* 112. *Tr. of Linn. Soc.* v. 4. 281.

B. polymorphus γ. *Huds.* 49. var. 2. *With.* 159.

B. vitiosus. *Weigel. Obs.* 4. t. 1. f. 2.

Festuca avenacea spicis habitioribus, glumis glabris. *Raii Syn. ed.* 2. 261. *ed.* 3. 414.

F. graminea glumis glabris. *Scheuchz. Agrost.* 251. t. 5. f. 10.

Gramen avenaceum segetale majus, glumâ turgidiore. *Morif. sect.* 8. t. 7. f. 16.

Aegilops, five *Festuca.* *Camer. Epit.* 927.

Angl. Smooth Rye Brome-grass.

In arvis.

Near Edwinsford, Caermarthenshire, among the winter corn. *Sir J. Banks.* In a meadow below Cook's Folly near Bristol. *Sir T. Frankland.* In Norfolk not rare. *Rev. Mr. Bryant.*

Annua. Fl. Julio.

Radix fibrosa. *Culmus* tripedalis, foliosus, erectus, simplex, teres, glaber. *Folia* linearia; supra, margineque præcipuè, pilosa; subtùs scabra; vagina læviuscula. *Stipula* brevis, erosa, pilosa. *Panicula* vix semipedalis, patens; ramis semiverticillatis, rectiusculis, angulatis, scabris, longitudine inæqualibus, plerumque simplicibus unifloris. *Spiculæ* ovatæ, fere ellipticæ, compresso-planæ, flosculis 9 ad 12, basi remotis, unde rachis flexuosa, glabra, tota in conspectum venit. *Calyx* inæqualis, muticus, glumis ellipticis, glabris, triner-vibus,

vibus, margine membranaceis. Flosculi teretiusculi, glabri, (rarius pubescentes), albidō-virescentes, nitidi; gluma exterior elliptica, turgida, nec depressa, obsoletè septemnervis, margine apicem versus parùm membranacea, sub apice aristata; arista rectiuscula, scabra, glumâ brevior; interior longè angustior & tenuior, concava, mutica, margine pectinato-ciliata. Semen cylindricum, supra sulco exaratum.

multiflorus. 2. **BROMUS** paniculâ patente; pedunculis simplicibus, spiculis ovato-lanceolatis compressis quindecimfloris, flosculis subimbricatis teretiusculis.

Bromus multiflorus. *Weigel. Obs. 2. t. 1. f. 1. Gmel. Syst. Nat. Linn. 188. Tr. of Lin. Soc. v. 4. 283.*

B. secalinus. *Leers. 36. t. 11. f. 2. Lightf. 1086. Linn. Fl. Suec. ed. 2. 96, var. 2.*

Festuca graminea, glumis hirsutis. *Bauh. Theatr. 143. Scheuchz. Agr. 250, t. 5. f. 9. Angl. Downy Rye Brome-grass.*

In arvis rariùs. *Dill. in Raii Syn. 414.*

Between Edinburgh and New Haven. Observed by Miss Hancock near Norwich.

Annua. Fl. Julio.

Habitus præcedentis. Culmus glaber. Folia inferiora subtùs nuda, supra ad margines subpilosa; superiora subtùs brevi lanugine pubescentia, supra pilosa; omnia margine scabra, vagina glabra. Stipula brevissima, lacera, vix pilosa. Panicula ut in priore. Spiculæ unciales, ovato-lanceolatae, compressio-planæ, flosculis 12 ad 16, imbricatis, demum subremotis. Glumæ omnes plerumque molissimè pubescentes, rariùs glabræ. Affinis præcedenti, at distincta species videtur.

mollis. 3. **BROMUS** paniculâ erectâ coarctatâ; pedunculis ramosis, spiculis ovatis, flosculis imbricatis depressis nervosis pubescentibus.

Bromus

Bromus mollis. *Sp. Pl.* 112. *Tr. of Linn. Soc.* v. 4. 284. *Curt. Lond. fasc.* 1. t. 8. *Mart. Fl. Rust.* t. 99. *Relb.* 44. *Sibth.* 47. *Leers.* 37. t. 11. f. 1. *Weigel. Obs.* 7. t. 1. f. 4. *Schreb. Gram.* 60. t. 6. f. 1, 2.

B. polymorphus α. *Huds.* 48. var. 1. *With.* 159.

B. hordeaceus. *Sp. Pl. ed.* 1. 77.

B. Linn. Hort. Cliff. 25. ex *Herb. Cliff.*

B. n. 1504. *Hall. Hist.* v. 2. 236.

Festuca avenacea hirsuta, paniculis minus sparsis. *Raii Syn.* 413.

Gramen avenaceum pratense, glumâ breviorē squamosâ & villosâ. *Morif. sect.* 8. t. 7. f. 18.

G. avenaceum, locustis villosis, angustis, candidantibus & aristatis. *Scheuchz. Agr.* 254. t. 5. f. 12.

β. *Culmo humillimo*, paniculâ pauciflorâ, e solo sterilissimo.

Bromus nanus. *Weigel. Obs.* 8. t. 1. f. 9. *Herb. Linn.*

Angl. Soft Brome-grass.

In muris, aggeribus et pascuis vulgaris.

Biennis. Fl. Junio.

Radix fibrosa, parùm ramosa, albida. *Culmus erectus*, bipedalis, simplex, teres, striatus, sæpiùs glaber, subinde pubescens, geniculis tumidis, quandoque hirsutis. *Folia*, ut et *vaginæ*, striata, pilis mollibus canescentibus villosa, margine vix scabra. *Stipula acutiuscula*, lacera. *Panicula* bi- vel triuncialis, erecta, coarctata, demum patentiuscula, decomposita; ramis semiverticillatis, simplicibus racemosisque, longitudine variis, angulatis, pubescentibus. *Spiculæ erectiusculæ*, ovatæ, acutæ, parùm compressæ, flosculis 5 ad 10, arctè imbricatis. *Calyx* e glumis duabus inæqualibus, ellipticis, mucronatis, margine scariosis, carinatis, villosis, 7—9 nervibus, nervis viridibus validis exstantibus.

Flosculi

Flosculi calyci conformes, depresso-concavi, aristis scabris longitudine valvularum; glumæ interiores tenuissimæ, longèque angustiores, enerves, margine incrassato, viridi, ciliato. Semen ellipticum, depresso-planum.

- racemosus.* 4. BROMUS paniculâ erectiusculâ diffusa; pedunculis simplicibus, spiculis ovatis sexfloris, flosculis imbricatis depresso-nervosis glabris.
Bromus racemosus. *Sp. Pl.* 114. *Tr. of Linn. Soc.* v. 4. 286.
B. polymorphus β et δ . *Huds.* 49. *var.* 3 et 4. *With.* 160.
Festuca avenacea, spicis strigosioribus, è glumis glabris compactis. *Raii Syn. ed.* 2. 261. *ed.* 3. 414.
Gramen avenaceum pratense, gluma tenuiore glabra. *Dill. in Raii Syn.* 414.
G. avenaceum pratense, glumâ squamosâ longiore glabrâ. *Morif. sect.* 8. t. 7. f. 19. *Herb. Bobart.*
G. avenaceum, hirsutum, annuum, paniculâ ampliore, magisque sparsâ, locustis crassioribus, glabris et aristatis. *Till. Pis.* 74. et
G. loliaceum, alpinum, spicâ exili, rarioribus locustis. *Ponted. Comp.* 46. *Herb. Sherard.*
Ang. Smooth Brome-grass.

In pratis et pascuis.

At Holkham, Norfolk. *Mr. Crowe.* Northamptonshire. *Mr. Dickson.*

Annua. Fl. Junio.

Præcedente toto habitu gracilior. Culmus glabriusculus. Folia utrinque pilosa, margine parùm scabra. Vaginæ pilis, plerumque deflexis, hirsutæ. Panicula rara, diffusa, nec coarctata, simplex, pedunculis semiverticillatis, scabris, elongatis, indivisis, vix unquam bifloris. Spiculæ præcedentis, at glaberrimæ, vix septemfloræ, nitidæ, viridi alboque vittatæ, nervis minùs prominentibus, aristis scabris longitudine valvularum,

E spe-

È specimine minùs luxuriante in Angliâ nato descripsit
Linnæus.

†5. *BROMUS* paniculâ nutante; pedunculis fim-^{squarros}
plicibus, spiculis ovatis duodecimfloris, floscu-^{sus}
lis imbricatis depressis, aristis divaricatis.

Bromus squarrosus. *Sp. Pl.* 112. *Tr. of Linn.*
Soc. v. 4. 288. *Huds.* 49. *With.* 160. *Vil-*
lars. *Dauph.* v. 2. 115.

Festuca graminea, glumis vacuis. *Scheuchz.*
Agrost. 251. t. 5. f. 11.

Gramen phalaroides majus acerosum, nutante
spicâ. *Barrel. Ic.* t. 24. f. 1.

Angl. Corn Brome-grafs.

In arvis Angliæ australioris. *Huds.*

Near Glastenbury, Somersetshire, and Marshfield,
Suffex. *Huds.*

Annua. Fl. Julio.

Radix fibrosa, parva, annua. Culmus pedalis, simplex,
glaber, striatus, foliosus. Folia et vaginæ pubescunt,
villis brevissimis deflexis. Panicula pauciflora, pedun-
culis secundis, simplicibus, compressis, apice incrassatis.
Spiculæ omnium maximæ, ovatæ, tumidæ, nitidæ,
flosculis 12 ad 16, arcuè imbricatis, depressio-concavis,
glabris, subinde scabriusculis. Calyx inæqualis, ner-
vosus, muticus. Glumæ corollinæ exteriores calyce
parum majores, multinerves, apice bipartitæ, aristis
subulatis, scabris, recurvato-divaricatis, longitudine
glumarum; valvulæ interiores longè minores, ciliis ra-
ris pectinatae. Semen ellipticum, depressio-concavum,
corollæ adnatum, apice villosum.

Descriptionem confeci ad exemplaria optima in herbario
Linnæano conservata cum plantam ipsam in Angliâ
nunquam inveni, nec in ullo plantarum thesauro, purè
Britannicarum, adhuc vidi. De Hudsoni auctoritate
unicè pendet; et vereor ne ex errore quodam *Bro-*
mun secalinum pro hac specie assumpserit.

arvensis. 6. **BROMUS** paniculâ patente ; pedunculis ramosis, spiculis lanceolatis octofloris, flosculis ellipticis imbricatis depresso glabriusculis.

Bromus arvensis. *Sp. Pl.* 113. *Fl. Suec. n.* 97. *Tra. of Linn. Soc. v.* 4. 289. *With.* 162. *Leers.* 38. *t.* 11. *f.* 3. *Villars. Dauph. v.* 2. 116.

B. erectus β . *Huds.* 50 ?

Festuca elatior, paniculis minùs sparsis, locustis oblongis strigosis aristatis purpureis splendentibus. *Raii Syn. ed.* 2. 261. *ed.* 3. 414. *Herb. Sherard.*

F. graminea, effusâ jubâ. *Scheuchz. Agr.* 262. *t.* 5. *f.* 15.

F. avenacea sterilis elatior. *Rel. Rudb.* 15. *f.* 2.

Aegilops major, caule et foliis arundinaceis, locustis glabrioribus et angustioribus e fusco xerampelinis. *Dill. Giff.* 130. *App.* 60. *Herb. Sher.*

Gramen bromoides serotinum annuum, paniculâ rariore magisque sparsâ, locustis angustioribus, purpurascens, glabris et aristatis. *Till. Pis.* 76. *Ibid.*

Angl. Field Brome-grass.

Inter segetes rariùs.

Near Southampton. *Sherard.* At Earsham, Norfolk. *Mr. Woodward.*

Annua. Fl. Julio.

Radix fibrosa, parva. Culmus tripedalis, erectus, simplex (basi quandoque ramoso-luxurians), teres, striatus, glaber, foliosus, geniculis quatuor vel quinque. Folia patentia, acuta, striata, utrinque pubescentia, margine parùm scabra, longius vaginata. Vaginæ cylindricæ, nervosæ, mollissimè pubescentes, pilis deflexis. Stipula brevissima, lacera. Panicula erectiuscula, multiflora, ramis patentibus, numerosis, simplicibus et ramosis, scabris. Spiculæ ovato-lanceolatæ, erectiusculæ, de-

mum nutantes, nitidæ, purpureo variæ, plerumque glabræ, subinde oculo armato pubescentes. Glumæ calycinæ valdè inæquales, lanceolatae, acutæ, carinatae, nervosæ, margine membranaceæ. Flosculi 7 ad 10, arctè imbricati, elliptici, depresso-concavi, carinâ scabri, margine membranacei, nervis duobus approximatim longitudinalibus lateralibus; aristis glumâ plerumque longioribus, parùm infra apicem membranaceum e carinâ elongatâ exortis, rectis, subulatis, scabris. Glumæ interiores minores, enerves, obtusæ, muticæ, margine pectinatæ. Semen apice villosum.

7. **BROMUS** paniculâ erectâ; pedunculis sub-*erectus*, simplicibus, flosculis lanceolatis teretiusculis, foliis radicalibus angustissimis ciliato-pilosis.

Bromus erectus. *Huds.* 49. *ed.* 1. 39. *Tr. of Linn. Soc.* v. 4. 290. *With.* 160. *Sibth.* 47. *Relb. Suppl.* 2. 8. *Engl. Bot. t.* 471.

B. agrestis. *Allion. Ped.* v. 2. 249.

B. perennis. *Villars. Dauph.* v. 2. 122.

B. n. 1507. *Hall. Hist.* v. 2. 237. *Davall.*

Festuca avenacea sterilis spicis erectis. *Raii Syn. ed.* 2. 261. *ed.* 3. (exclusis synonymis) 413.

Gramen bromoides pratense, foliis præter culmum angustissimis, rarâ lanugine villosis. *Scheuchz. Agr.* 255. *t.* 5. *f.* 13. *Herb. Sher.* ab ipso Scheuchzero missum.

G. bromoides paniculatum, foliis et culmo villosis. *Scheuchz. Agr.* 257. ex Sherardi fententiâ.

G. quod Festuca pratensis lanuginosa C. B. Vaill. Paris. 93. *t.* 18. *f.* 2, synonymis pessimè confusis.

G. avenaceum glabrum, paniculâ purpureo-argentea splendente. *Morif.* v. 3. 213. *n.* 20. *Herb. Bobart.*

G. loliaceum, locustis longis aristatis. *Mont. Prod.* 35. f. 2. exclusis omnino synonymis Raii et Morisoni. *Herb. Sher.*

G. sparteum, longâ et spicatâ paniculâ, Lolii utriculis, *Festucæ* potius, majus. *Barr. l. t.* 13. f. 1.

Angl. Upright Perennial Brome-grass.

In pascuis arenosis, cretâ substratis.

Ditchley Park, Oxfordshire. *Mr. Woodward.*
Holkham, Norfolk. *Mr. Crowe.* Near Darent Wood, Dartford. *Rev. Dr. Goodenough.*

Perennis. Fl. Julio.

Radix fibrosa, cæspitosa, fibris villosis, fuscis. Culmus ferè tripedalis, erectus, strictus, simplex, teres, glaber, rariùs pubescens, ultra medium foliosus, geniculis quatuor circiter. Folia lineari-lanceolata, acutiuscula, striata, lætè viridia, scabra; radicalia angustissima, pilis longis albis sparsis adscendentibus ciliata, subinde involuta. Vaginæ striatæ, glabræ. Stipula brevissima, erosa. Panicula erecta, ramis erectis, scabris, numero et longitudine variis, simplicibus, rariùs bifloris. Spiculæ lineari-oblongæ, compressæ, erectæ, purpurascens, vel glabræ vel tomentosæ. Glumæ calycinæ lanceolatæ, acutæ, carinatæ; interiore majore trinervi. Flosculi 5 ad 9, imbricati, lanceolati, compresso-teretiusculi, subangulati, carinati, obsolete nervosi, carinâ scabri; aristis longitudine vix glumarum, parùm infra apicem membranaceum exortis, rectis, scabris. Glumæ interiores apicem versus minutè pectinato-ciliatæ, ciliis adscendentibus, minùs quam in maximâ parte Bromorum conspicuis. Antheræ crocæ. Semen lineari-oblongum, supra sulcatum, apice villosum.

Primus invenit Sherardus et cum Bobarto communicavit. *Herb. Sher.*

Anne ad *Festucas* amandanda, ob valvulam interiorem vix pectinatam, radicemque perennem? Obstat verò affinitas ejus cum sequente.

8. *BROMUS* paniculâ nutante ramosâ, flosculis *asper*. lanceolatis teretiusculis subnervibus, foliis uniformibus: inferioribus hirsutis.

Bromus asper. *Linn. Suppl.* 111. *Tr. of Linn. Soc.* v. 4. 293. *Willd.* 161. *Mart. Fl. Rust.* t. 126. *Retz. Prodr. ed.* 2. 25.

B. ramosus. *Linn. Syst. Veg. ed.* 13. 102, (nec *Mant.* 34.) *Huds. ed.* 1. 40. *Cullum.* 40.

B. nemoralis. *Huds.* 51.

B. nemorosus. *Villars. Dauph.* v. 2. 117.

B. hirsutus. *Curt. Lond. fasc.* 2. t. 8. *Rehb.* 48. *Sibth.* 48.

B. montanus. *Pollich.* v. 1. 116. *Retz. Obs. fasc.* 2. 7.

Poa paniculâ nutante, laxâ, spicis oblongis, multifloris, sæpe aristatis. *Gmel. Sib.* v. 1. 110. t. 21. *Herb. Linn.*

Gramen avenaceum dumetorum, paniculâ sparsâ. *Raii Syn.* 415.

G. avenaceum dumetorum, jubâ longiore, spicâ divisiâ. *Morif. sect.* 8. t. 7. f. 27.

Angl. Hairy Wood Brome-grass.

In nemorosis et sepibus humidiusculis.

Annua vel biennis. Fl. Julio.

Radix fibrosa, fibris crassiusculis, horizontaliter patentibus, lævibus. Culmus 4 vel 5 pedalis, erectus, teres, striatus, foliosus, supernè glaber, geniculis tribus circiter. Folia patentia, plana, acuta, nervosa, aspera atque pilosa, latitudine omnia ferè æqualia. Vaginæ teretes, vix carinatae, nervosæ; inferiores pilis deflexis hirsutissimæ. Stipula brevis, lacera. Panicula pedalis, nutans, multiflora; ramis ramulisque plerumque binatis, elongatis, nutantibus, asperis. Spiculæ lineari-oblongæ, pendulæ, fusco-virides, subpubescentes. Glumæ calycinæ valdè inæquales, lanceolatae, carinatae, scabrae; majore trinervi. Flosculi novem circiter, imbricati, demum laxè patentes, lanceolati, teretiusculi, carinati,

carinati, obsoletè trinerves, carinâ præcipuè asperi, margine scariosi, sub apicem aristati, aristâ glumis breviorè ; glumæ interiores crebrius ciliatæ, margine scarioso, inflexo. Semen sulco exaratum.

sterilis. 9. BROMUS paniculâ nutante subsimplici, flosculis lanceolatis nervosis sulcatis, foliis pubescentibus.

Bromus sterilis. *Sp. Pl.* 113. *Tr. of Linn. Soc.* v. 4. 295. *Huds.* 50. *With.* 162. *Relb.* 46. *Sibth.* 47. *Curt. Lond. fasc.* 1. t. 9. *Mart. Fl. Rust.* t. 125. *Leers.* 37. t. 11. f. 4. *Ger. em.* 76.

Festuca avenacea sterilis elatior, seu Bromos Dioscoridis. *Raii Syn.* 412.

F. graminea annua sterilis, spicis dependentibus. *Morif. sect.* 8. t. 7. f. 11.

Angl. Barren Brome-grass.

In arvis, ruderalis et sepibus vulgaris.

Annua. Fl. Junio, Julio.

Radix fibrosa, parva, fibris capillaribus. Culmus sesquipedalis, erectus, gracilis, teres, striatus, ad apicem usque foliosus, geniculis quinque vel sex. Folia patentia, plana, subflaccida, angusta, acutiuscula, nervosa, utrinque mollissimè pubescentia, margine scabriuscula. Vaginæ cylindricæ, nervosæ, mollissimè villosæ, pilis parùm deflexis. Stipula oblonga, lacera. Panicula spithamæa, nutans; ramis sæpius ternis, elongatis, nutantibus, asperis, simplicibus, vix unquam bifloris. Spiculæ lanceolatæ, pendulæ, fusco-virentes, scabræ. Glumæ calycinæ maximè inæquales, lanceolatæ, scabræ; majori angulatâ, nervosâ. Flosculi 6 ad 8, imbricati, demum patentiusculi, lanceolati, compressi, carinati, asperi, 7 vel 9 nerves, nervis duobus submarginalibus maximis, inter nervos sulcati atque subpubescentes, apice ferè aristati, aristis glumâ longioribus, scabris; glumæ interiores setis
raris

raris pectinatae, margine scariofo, inflexo. Stamina tria. Semen fulco exaratum.

10. BROMUS paniculâ erecto-patente subramo-*diandrus*.
sâ, flosculis lanceolatis nervosis fulcatis dian-
dris.

Bromus diandrus. *Curt. Lond. fasc. 6. t. 5. Tr.*
of Linn. Soc. v. 4. 296.

B. madritensis. *Sp. Pl. 114. With. 161.*

B. muralis. *Huds. 50. Sibth. 48.*

B. ciliatus. *Huds. ed. 1. 40.*

B. sterilis, erectâ paniculâ major. *Barr. Ic.*
t. 76. f. 1.

Festuca avenacea sterilis, paniculis confertis erec-
tioribus, aristis brevioribus. *Raii Syn. ed. 2.*
261. Pluk. Phyt. t. 299. f. 2. Herb. Sher.

F. avenacea sterilis, pediculis brevioribus & spicis
erectis. *Morif. v. 3. 212. n. 13. et*

F. graminea annua spicis erectis. *Ejusd. sect. 8.*
t. 7. f. 13. Herb. Bobart.

Gramen bromoides pumilum, locustis erectis,
majoribus, aristatis. *Scheuchz. Agr. 260.*
Herb. Sher. a Scheuchzero ipso.

Angl. Upright Annual Brome-grass.

In arenosis et ad muros.

Common on the sandy grounds in Jersey. *Sherard*
in Herb. At the foot of St. Vincent's Rock,
Bristol, on the farther part near the meadows.
Sir J. Banks. Near Battersea. Curtis.

Annua. Fl. Junio.

Radix fibrosa, parva. Culmi pedales, vel sesquipedales,
erecti, stricti, graciles, teretes, striati, glabri, foliosi,
geniculis tribus plerumque. Folia præcedentis, at mi-
nus pubescentia, sæpè omnino glabra. Vaginæ ner-
vosæ, subcarinatae, sæpius glabræ, quandoque pilosæ,
pilis deflexis. Stipula brevis, erosa. Panicula vix tri-
uncialis,

uncialis, erecta, fastigiata; ramis ternis, quaternis, quinifve, scabriusculis, plerumque simplicibus, brevibus, unifloris, solo fertiliore tantum elongatis et ramosis, semper tamen erectis vel erectiusculis, nunquam pendulis. Spiculæ lineari-lanceolatae, erectae, sæpius fuscescentes, scabrae. Flosculi præcedentis, sed diandri, minùsque argutè nervosi, nervis duobus lateralibus approximatis præcipuè conspicuis.

Optimè dignoscitur flosculis diandris, monente Curtisio, ut et Witheringio qui in Lusitaniâ invenit. Magnitudine multum variat. Distinctus est a Bromo rubente Linnæi,

sylvaticus.

11. BROMUS spicâ simplici nutante secundâ, spiculis sessilibus teretiusculis, aristis glumâ longioribus, foliis pilosis.

Bromus sylvaticus. *Pollich. v. 1. 118. Pourret. Aët. Tolos. v. 3. 308. Tr. of Linn. Soc. v. 4. 300.*

B. pinnatus. *Fl. Dan. t. 164.*

B. gracilis. *Weigel. Obs. 15. t. 1. f. 11.*

Festuca sylvatica. *Huds. ed. 1. 38. With. 158.*

Relb. 44. Sibth. 46. Lightf. 103. Mart.

Fl. Rust. t. 114. Dicks. H. Sicc. fasc. 13. 9.

F. pinnata β. *Huds. 48.*

Triticum n. 1432. *Hall. Hist. v. 2. 213.*

Gramen avenaceum dumetorum spicatum. *Raii Syn. 394.*

Angl. Slender Wood Brome-grass.

In dumetis, nemorosis, et sepibus frequens.

Perennis. Fl. Julio.

Radix fibrosa, caespitosa, fusca. Culmi bipedales, erecti, simplices, teretes, foliosi, glabri, apice attenuati et inclinati. Folia patentia, latiuscula, acuminata, rigidiuscula, lætè viridia, scabra, nervosa, subtùs præcipuè striata, magis vel minùs pilosa. Vaginæ strictæ, striatæ, pilosæ. Stipula brevis, obtusa, lacera. Spica simplex, nutans, ferè triuncialis, rachì subflexuosâ, striatâ, scabrâ,

scabrâ, hinc canaliculato-compressâ. Spiculæ 6 vel 7, alternæ, sessiles, secundæ, non divaricatæ, lineari-lanceolatæ, luteolo-virides, plerumque pubescentes. Glumæ calycinæ inæquales, lanceolatæ, brevius aristatæ, nervosæ, apicem versus hirtæ. Flosculi 6 ad 9, imbricati, demum patentiusculi, subcylindrici, apicem versus præcipuè nervosi atque hirti. Arista terminalis, glumis plerumque longior, subulata, scabra. Gluma interior linearis, retusa, setis erectis rigidis ciliata.

Valvula interior pectinato-ciliata mihi certius Bromi indicium præbet quam aristæ insertio, quæ in pluribus speciebus difficillimè determinatur, & sæpe variabilis est.

12. BROMUS spicâ simplici erectâ distichâ, spi-*pinnatus.*
culis sessilibus teretiusculis, aristis glumâ brevioribus, foliis nudiusculis.

Bromus pinnatus. *Sp. Pl.* 115. *Tr. of Linn.*

Soc. v. 4. 301. *Huds. ed.* 1. 41. *Pollich.*

v. 1. 117. *Weigel. Obs.* 14. t. 1. f. 10.

Festuca pinnata. *Huds.* 48. *Relb.* 44. *Sibth.*

46. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 13. 8.

Avena læta. *Salisb. Prod.* 22.

Triticum n. 1431. *Hall. Hist.* v. 2. 212.

Gramen spicâ Brizæ majus. *Raii Syn.* 392 *Rel.*

Rudb. 11. f. 2.

G. sparteum, spicatâ Brizæ paniculâ et corniculatâ. *Barr. Ic.* t. 25.

Angl. Spiked Heath Brome-grass.

In campis et ericetis, solo calcareo.

In Yorkshire, Oxfordshire and Kent not uncommon. On Burford Downs, Oxfordshire. *Rev. Dr. Goodenough.*

Perennis. Fl. Julio.

Radix fibrosa, subrepens. Culmus sesquipedalis, vel bipedalis, erectus, simplex, teres, foliosus, glaberrimus, apice rectus et rigens, parumque attenuatus. Folia erectiuscula, lanceolata, acuminata, rigidula, striata, nervosa,

nervosa, scabra, sæpiùs nuda, rariùs supra pilosa. Vaginæ strictæ, striatæ, glaberrimæ. Stipula brevis, obtusa, ciliata. Spica simplex, erecta, longitudine varia, rachi subflexuosâ, striatâ, angulis scabrâ, hinc complanâtâ. Spiculæ 6 ad 10, alternæ, sessiles, distichæ nec secundæ, erectæ, lineari-lanceolatæ, pubescentes. Glumæ calycinae parùm inæquales, lanceolatæ, vel subovatae, subaristatæ, multinervosæ, margineque præcipuè hirtæ. Flosculi 6 ad 12 vel etiam plures, arcuè imbricati, subcylindrici, apicem versus præcipuè nervosi atque hirti. Arista terminalis, glumis plerumque brevior, quandoque etiam brevissima, subulata, scabra. Gluma interior retusa, setis erectis ciliata ut in præcedente.

39. STIPA. *G. Pl.* 37. *Juss.* 30.

Cal. bivalvis, uniflorus. *Cor.* valvula exterior aristâ terminali, longissimâ, basi articulatâ.

pennata. † 1. STIPA aristis lanatis.

Stipa pennata. *Sp. Pl.* 115. *Huds.* 29. *With.* 163. *S. n.* 1514. *Hall. Hist.* v. 2. 239.

Gramen sparteum pennatum. *Raii Syn.* 393.

G. spicatum aristis pennatis. *Scheuchz. Agr.* 153. *t.* 3. *f.* 13. B.

Spartum austriacum. *Ger. em.* 42.

Avena capillacea austriaca, aristis longissimis pennatis. *Morif. sect.* 8. *t.* 7. *f.* 9. opt.

Angl. Feather-grass.

In rupibus calcareis subalpinis rarissimè.

On the lime-stone rocks hanging over a little valley called Long Sleedale, about 6 miles north of Kendal, Westmoreland; Dr. Richardson and T. Lawson. *Dill. in R. Syn.* Not now to be found.

Perennis. Fl. Julio.

Radix fibrosa, cæspitosa. *Culmi* simplices, pedales, erecti, enodes, teretes, glaberrimi, foliis omnino vestiti. *Folia* involuto-setacea, mucronata, glauca, marginibus scabri-

scabriuscula. Vaginæ longissimæ atque maximè dilatatae, amplexicaules, striatae, glabræ, intus nitidæ. Stipula lanceolata, folio adnata. Panicula simplex, pauciflora, intra vaginam folii supremi latens. Flores maximi, a 4 ad 6. Glumæ calycinæ subæquales, lanceolatae, scariosæ, concavæ, nervosæ, glabræ, in aristam membranaceam tenerrimam, valvulis longiorem, attenuatæ. Flosculus subulatus, teres, enervis, calyce brevior, basi setoso-sericeus. Arista e geniculo ad apicem glumæ exterioris, omnium longissima, ferè pedalis, nutante-incurva, acuta, angulata, basi torta, per totam ferè longitudinem pilis mollibus albis sericeis patentiusculis pulcherrimè vestita, demum unà cum corollâ persistente induratâ, semen maturum investiente, decidua, et gyratim per campos scopulosque, ad novam propagandam progeniem sparsa.

40. AVENA. *G. Pl.* 37. *Juss.* 32.

Cal. bivalvis, multiflorus. *Cor.* valvula exterior dorso aristata; aristâ contortâ.

1. AVENA paniculata, calycibus subtrifloris, flos-*fatua.*
culis basi pilosis omnibusque aristatis enervibus.

Avena fatua. *Sp. Pl.* 118. *Huds.* 52. *With.* 164. *Relb.* 49. *Sibth.* 49. *Mart. Fl. Rust.* t. 81. *Leers.* 42. t. 9. f. 4.

A. erratica pilosa, aristis intortis. *Morif. sect.* 8. t. 7. f. 5.

Ægilops quibusdam aristis recurvis, seu *Avena* pilosa. *Raii Syn.* 389.

Æ. bromoides. *Ger. em.* 77.

Angl. Wild Oat, or Haver.

In agris et inter segetes.

At Hafod, Cardiganshire. Common in Norfolk.

Near Weymouth. *Rev. Dr. Goodenough.*

Annua. Fl. Augusto.

Radix fibrosa. Culmus erectus, simplex, tripedalis, subfoliosus, striatus, glaberrimus. Folia linearia, patentia, nervosa, scabra. Vaginæ tenuiores, nervosæ, læves.

Stipula

Stipula obtusa, denticulata, lacera. Panicula erecta, ramiosissima, patens, ramis ramulisque semiverticillatis, scabris; pedunculis alternis, capillaribus, scabris, apice incrassatis, nutantibus. Spiculæ obcuneatæ. Glumæ calycinæ æquales, lanceolatæ, acutæ, submembranaceæ, multinervosæ, glabræ, flosculis longiores. Flosculi plerumque tres, subremoti, sensim diminuti, tertiuseculi, ecarinati, ferè enerves, læviuseculi, basi setis numerosis, nitidis, hispidi, dorso medium versus aristati; aristâ calyce duplo longiore, geniculatâ, scabrâ, arefactione sub geniculo tortâ. Gluma interior mutica, concava, margine minutè ac densissimè ciliata. Semen sericeum. Avena nuda minimè inter stirpes indigenas numeranda est, nec a Raio ipso pro indigena traditur.

Avena strigosa *Schreb. Spicil. 52, With. 166*, inter A. sativam aliquando lecta, nequaquam indigena est.

pubescens. 2. AVENA paniculâ erectâ subsimplici, calycibus subtrifloris, receptaculis barbatis, foliis planis pubescentibus.

Avena pubescens. *Sp. Pl. 1665. Hudf. 52. ed. 1. 42. With. 165. Relb. 50. Sibth. 49. Lightf. 105. Leers. 43. t. 9. f. 2.*

A. sesquitertia. *Linn. Mant. 1. 34*, excluso syn. Scheuchzeri.

A. pratensis. *Gouan. Hort. 53?*

A. n. 1498. *Hall. Hist. v. 2. 234.*

Gramen avenaceum 7, seu glabrum (potiùs hirsutum) panicula purpuro-argentea splendente.

Raii Syn. 406. t. 21. f. 2. ed. 2. 252, n. 3. 262, n. 10. conf. etiam p. 345.

G. avenaceum, paniculâ purpuro-argenteâ, splendente. *Scheuchz. Agr. 226. t. 4. f. 20.*

Angl. Downy Oat-grass.

In pratis et pascuis cretaceis.

At Marham, Norfolk. *Mr. Woodward.* On Swaffham heath, and at Holkham and Carbrooke, Norfolk. *Mr. Crowe.*

Perennis. Fl. Junio.

Radix fibrosa, cæspitosa, subrepens. Culmus pedalis, bipedalis, subindè major, erectus, simplex, teretiusculus, glaber, striatus, foliosus. Folia patentia, brevia, latiuscula, obtusa, plana, utrinque, ut et vaginæ inferiores, molliter pubescentia. Stipula deltoidea, brevis. Panícula erecta, subspicata, parùm ramosa, subsecunda, pedunculis scabris. Spiculæ erectæ, sub anthesin patentes, obcuneatæ. Glumæ calycinæ valdè inæquales, carinâ scabræ, apice acutæ, membranaceæ, muticæ; interior duplo longior, spiculam æquans, trinervis. Flosculi tres, tertio sæpè abortiente, remotiusculi, clavato-cylindrici, nervosi, scabriusculi, diaphani, apice subindè laceri, dorso medium versus aristati; aristâ calyce duplo longiore, scabrâ, sub geniculo tortâ. Gluma interior minor et tenuior, mutica, margine scabra. Receptaculum commune supra flosculos elongatum, pilosum, pilis albis, fursùm longioribus.

3. AVENA spicâ erectâ, calycibus subquinqueflo *pratensis*.
ris, receptaculis pilosis, foliis involutis ferrulatis nudis.

Avena pratensis. *Sp. Pl.* 119. *Huds.* 52. *With.* 165. *Relb.* 50. *Sibth.* 49. *Lightf.* 105. *Leers.* 43. t. 9. f. 1.

A. bromoides. *Sp. Pl.* 1666. *Gouan. Hort.* 52.

A. n. 1499. *Hall. Hist.* v. 2. 234.

Gramen avenaceum montanum, spicâ simplici, aristis recurvis. *Raii Syn.* 405. t. 21. f. 1. ed. 2. 252. n. 2. et 345.

G. avenaceum angustifolium alpinum, spicatâ paniculâ, ex purpureo viridi et argenteo variegatâ. *Scheuchz. Agr.* 230.

G. aven. alpinum glabrum angustifolium, locustis aristatis in spicam dispositis. *Scheuchz. Agr.* 228. t. 4. f. 21, 22.

Angl. Narrow-leaved Oat-grass.

In pratis et pascuis calcareis.

Perennis.

Perennis. Fl. Julio.

Radix fibrosa, cæspitosa. Culmi plures, pedales vel sesquipedales, erecti, stricti, simplices, geniculo solitario prope basin, supernè nudi, striati, scabriusculi. Folia radicalia linearia, acuta, rigida, incurva, involuta, utrinque nuda, margine ferrulato-scabra; caulinum latius, nervosum, vaginâ longissimâ, nervosâ, glabrâ. Stipula lanceolata. Spica erecta, plerumque simplicissima, spiculis superioribus subseffilibus, inferioribus longius pedunculatis, hisce rarius binis, alterâ ferè seffili. Spiculæ erectæ, obovatæ. Glumæ calycinæ subæquales, acutæ, trinerves, carinâ parùm scabræ, longitudine flosculi inferioris. Flosculi quatuor vel plures, subremoti, teretiuseculi, scabriusculi, nervosi, apice membranacei laceri, dorso supra medium aristati; aristâ flosculo duplo longiore, purpurascente, apice albâ. Gluma interior minor, tenuissima, minutè ciliata. Receptaculum sub flosculis pilosum, pilis quam in præcedente brevioribus.

flaves-
cens.

4. AVENA paniculâ ramosissimâ laxâ, calycibus subtrifloris inæqualibus, receptaculis pilosis, foliis planis subpubescentibus.

Avena flaves cens. *Sp. Pl.* 118. *Huds.* 53. *With.* 165. *Relb.* 51. *Sibth.* 49. *Curt. Lond. fasc.* 3. *t.* 5. *Leers.* 44. *t.* 10. *f.* 5. *Schreb. Gram.* 76. *t.* 9.

A. n. 1497. *Hall. Hist.* v. 2. 233.

Gramen avenaceum pratense elatius, paniculâ flavescente, locustis parvis. *Raii Syn.* 407. *Scheuchz. Agr.* 223. *t.* 4. *f.* 18.

G. aven. spicâ sparsâ flavescente, locustis parvis. *Morif. sect.* 8. *t.* 7. *f.* 42.

Angl. Yellow Oat-grass.

In pratis, pascuis, et ad vias.

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Radix fibrosa, subrepens. Culmus erectus, basi arcuatus et subramosus, sesquipedalis, foliosus, teres, striatus, triarticulatus,

articulatus, sub geniculis sæpè villosus. Folia plana, acuta, striata, magis vel minùs pubescentia, vaginis striatis, tumescentibus, subvillosis. Stipula fetosa. Panícula subnutans, effusa, aureo nitens, ramosissima, multiflora; ramis semiverticillatis, ramulis capillaribus, scabris, subflexuosis, pedunculis alternis. Spiculæ parvæ, obovatæ, divaricato-patentes. Glumæ calycinae acutæ, carinatæ, dorso scabræ, alterâ duplo majore trinervi. Flosculi duo vel tres, subremoti, lanceolati, compressi, obsoletè nervosi, dorso ultra medium aristati; aristâ flosculo duplo longiori, scabrâ. Gluma interior angustior, vix brevior. Receptaculum pilosum, pilis erecto-adpressis.

41. LAGURUS. *G. Pl.* 37. *Juss.* 30. *Gærtn. t.* 1.

Cal. bivalvis, uniflorus, aristis villosis. *Cor.* gluma exterior aristis 2 terminalibus, tertiâ dorsali retortâ.

1. LAGURUS spicâ ovatâ.

ovatus.

Lagurus ovatus. Sp. Pl. 119. *With.* 166. *Dicks.*

H. Sicc. fasc. 7. 1. *Schreb. Gram.* 143. *t.* 19.

f. 3. *Salisb. Prod.* 25.

Alopecuros spicâ rotundiore. Moris. sect. 8. *t.* 4.

f. 1.

Gramen alopecurum molle, spicâ incanâ. Barrel. Ic. t. 116. *f.* 1, 2.

G. spicatum tomentosum, longissimis aristis donatum. Scheuchz. Agr. 58. *t.* 2. *f.* 4. *B. C.*

Angl. Hare's-tail-grass.

In campis arenosis australioribus.

Found in Guernsey by Mr. Gosselin. *Dickson.*

Annua. Fl. Junio.

Radix fibrosa, parva, glabra. Culmus solitarius, basi subindè ramosus, adscendens, pedalis vel sesquipedalis, geniculis quatuor vel quinque sulcatis donatus, foliolus, teres; supernè nudus, striatus, glaber. Folia lanceolata

lata (superiora ovata) acuta, nervosa, mollissimè pubescentia. Vaginæ foliis longiores, fursùm ventricosæ, nervosæ, tomentosæ. Stipula oblonga. Spica nutans, ovata, obtusiuscula, densissima, multiflora. Flores congesti, ferè sessiles. Glumæ calycinæ æquales, lineari-lanceolatae, acutæ, pilis longis, albis, densis, pectinato-ciliatæ. Flosculus solitarius, sessilis, lanceolatus, basi carinâque setosus, aristis duabus terminalibus, rectis, longitudine glumæ, tertiâque dorsali, duplo longiore, geniculatâ, scabrâ. Gluma interior minor, apice bipartita.

42. ARUNDO. *G. Pl.* 38. *Juss.* 32.

Cal. bivalvis. *Flosculi* lanâ persistente cincti.

Phragmites. 1. ARUNDO calycibus quinquefloris, paniculâ laxâ.

Arundo Phragmites. *Sp. Pl.* 120. *Huds.* 53. *With.* 166. *Relb.* 51. *Sibth.* 50. *Engl. Bot.* t. 401. *Leers.* 45. t. 7. f. 1.

A. vallatoria. *Raii Syn.* 401. *Ger. em.* 36.

A. vulgaris palustris. *Morif. sect.* 8. t. 8. f. 1.

Angl. Common Reed.

In fossis, stagnis, paludibus, et ad fluviorum margines vulgaris.

Perennis. Fl. Julio.

Radix repens, perennis. Culmi annui, erecti, simplices, sexpedales, teretes, geniculati, foliosi, læves, intùs nivei. Folia lanceolata, acuminata, patentia, striata, glabra, margine aspera, subtùs lævissima atque glaucescentia. Vaginæ cylindricæ, striatæ, glabræ. Stipula brevissima, erosa, utrinque pilosa. Panicula erectiuscula, diffusa, ramosissima, ramulis capillaribus, læviusculis. Spiculæ erectæ, ovatæ. Glumæ calycinæ valdè inæquales, lanceolatae, acutæ, carinatae, læves, majori trinervi. Flosculi a quatuor ad sex, glabri, lanceolati, acuti, mutici, nervosi, basi lanâ sericeâ longitudine glumarum, e receptaculo ortâ, cincti. Gluma interior duplo

duplo brevior, ciliata. Semen corollâ induratâ tectum, lanâque ad basin, demùm elongatâ, evolat.
Variat foliis variegatis. *D. Relban.*

2. ARUNDO calycibus unifloris corollâ longi-*epigejos*,
oribus, paniculâ erectâ, floribus imbricato-
congestis secundis, foliis lanceolatis.

Arundo epigejos. Sp. Pl. 120. Engl. Bot. t. 402.

A. Calamagrostis. Hudf. 54. Relb. 52. Lightf. 106.

Calamagrostis lanceolata. With. 122.

Gramen arundinaceum, paniculâ molli spadiceâ, majus. Raii Syn. 401. Scheuchz. Prod. 21. t. 5.

G. paniculatum, palustre, præaltum, exile, paniculâ arundinaceâ. Ponted. Comp. 56. Herb. Sherard.

Angl. Wood Reed.

In fossis umbrosis, et nemorosis humidis.

Between Newington and Hornsey. *Hudson.* Near Kennington Common. *Mr. Sowerby.* In Hethel and Arminghall woods, Norfolk. *Mr. Crowe.*

Perennis. Fl. Julio.

Radix repens. Culmus altitudine ferè præcedentis, sed parùm tenuior, basi sæpè ramosus, foliosus, glaber. Folia lanceolata, acuminata, nervosa, subtùs præcipuè glauca margineque aspera. Vaginæ strictæ, striatæ, glabræ. Stipula lanceolata, multifida, utrinque nuda. Panicula erecta, scabra, ramis patentibus. Flores congesti, secundi, nutantes. Glumæ calycinæ subæquales, lanceolatae, acutæ, nervosæ, carinâ scabræ. Flosculus solitarius, calyce multò brevior, albus, membranaceus, lanâ petalis longiore cinctus, apice sæpiùs lacer, dorso basin versus aristatus, aristâ geniculatâ, longitudine ferè lanæ.

Icon in *Engl. Bot. t. 402*, ex errore caret lanâ ad basin flosculi, et aristâ dorsali.

Arundinis genus maximè naturale nunquam ob numerum flosculorum, in diversis speciebus diversum, dilaceran-

dum; neque tolerandum est nomen *Calamagrostis*, e Calamo et Agrostide conflatum. Conf. Linn. *Phil. Bot. sect.* 224, 225.

Calama- 3. ARUNDO calycibus unifloris corollâ longiori-
grostis. bus, paniculâ erectâ diffusâ, floribus sparsis erectis, foliis linearibus.

Arundo Calamagrostis. *Sp. Pl.* 121. *Fl. Dan.* t. 180. *Engl. Bot.* t. 403.

A. epigejos. *Huds.* 54. *Relb.* 51.

Calamagrostis epigejos. *With.* 123.

C. minor, glumis ruffis et viridibus. *Dill. in Raii Syn.* 401.

Gramen arundinaceum, paniculatum, montanum, paniculâ spadiceo-viridi, semine papposo. *Scheuchz. Agr.* 124.

Angl. Small Reed.

In nemorosis et sepibus pratisque humidis.

Near Oundle, Leicestershire; Mr. Scampton. *Dillenius.* At Ranaugh, Norfolk. *Mr. Humphrey.* Earsham-wood. *Mr. Woodward.* East Fen near Revesby Abbey, Lincolnshire. *Sir Jos. Banks.* Cambridgeshire. *Rev. Mr. Hemsted.* Near Prickwillow, Isle of Ely. *Rev. Dr. Goodenough.*

Perennis. Fl. Julio.

Radix fibrosa, vix repens. Culmus erectus, tri- vel quadri-pedalis, teres, glaberrimus, foliosus, præcedentibus multò gracilior, quandoque ramosus. Folia linearia, acuta, angusta, subinvoluta, lætè viridia, subtùs scabriuscula, suprà rariùs pilosa. Vaginæ longæ, strictæ, striatæ, ferè glabræ. Stipula lanceolata, sæpè lacera, utrinque glabra, decurrens. Panicula erectiuscula, diffusa, ramosissima. Flores sparsi, erecti. Glumæ calycinæ, spadiceæ vel purpureæ, subæquales, lanceolatæ, acutæ, carinatæ, dorso scabriusculæ, vix nervosæ. Flosculus solitarius, calyce multò brevior, albus, apice lacer, lanâ petalis longiore cinctus, aristâ exiguâ inter lacinias ad apicem petali majoris.

4. ARUN-

4. ARUNDO calycibus unifloris corollam æquantibus, paniculâ erectâ glomeratâ, floribus secundis muticis, foliis planis.

Arundo colorata. *Soland. in Ait. Hort. Kew.*
v. 1. 116.

A. n. 1524. *Hall. Hist.* v. 2. 243.

Phalaris arundinacea. *Sp. Pl.* 80. *Huds.* 23.

Relb. 22. *Fl. Dan.* t. 259. *Leers.* 18. t. 7. f. 3.

Calamagrostis colorata. *Sibth.* 37.

C. variegata. *With.* 124.

Gramen arundinaceum acerosâ glumâ nostras.

Raii Syn. 400.

- β. G. arundinaceum acerosâ glumâ Jerseianum.

Raii Syn. 400.

- γ. Phalaris arundinacea β picta. *Sp. Pl.* 80.

Gramen paniculâ torosâ, folio variegato, striatum. *Morif. sect.* 8. t. 6. f. 43.

Angl. Canary Reed-grass.

In stagnis et ad fluviorum ripas.

- β. On the sea coast of Jersey, and near Llanberis.

Raii Syn.

- γ. Common in gardens. Wild near Cambridge.

Rev. Mr. Relban.

Perennis. Fl. Julio.

Radix repens, cæspitosa. Culmus bi- vel quinque-pedalis, erectus, teres, foliosus, striatus, glaber, geniculis pluribus, lævibus. Folia patentia, lanceolata, acutiuscula, striata, utrinque margineque lævia, in β glauca, in γ variegata. Vaginæ nervosæ, vix inflatæ, glabræ. Stipula brevis, obtusiuscula. Panicula erecta, ramosa, lobata, ramulis angulatis, scabris. Flores glomerati, secundi, albo purpureoque variegati. Glumæ calycinæ æquales, compressæ, carinatæ, trinerves, acutiusculæ, carinâ scabræ. Flosculus solitarius, longitudine calycis, lanceolatus, subcompressus, nitidus, muticus, basi penicillis duobus lanæ flosculo longè brevioribus. Glumæ extus pilosæ, longitudine æquales; exterior latior, alteram amplectens.

arenaria. 5. ARUNDO calycibus unifloris corollâ longioribus, paniculâ spicatâ, floribus erectis muticis, foliis involutis pungentibus.

Arundo arenaria. *Sp. Pl.* 121. *Huds.* 54. *Mart. Fl. Rust. t.* 32. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 12. 5. *Fl. Dan. t.* 917.

Calamagrostis arenaria. *With.* 123.

Gramen sparteum spicatum, foliis mucronatis longioribus, vel spicâ secalinâ. *Raii Syn.* 393.

G. sparteum juncifolium non aristatum, spicâ secalinâ. *Morif. sect.* 8. *t.* 4. *f.* 16.

Spartum anglicanum. *Ger. em.* 42.

Angl. Sea Reed. *Marram.* Sea Mat-weed.

In arenosis maritimis frequens.

Perennis. Fl. Julio.

Radix repens, articulata, longè latèque extensa. Culmus adscendens, tripedalis, rigens, teres, glaber, geniculatus, foliosus. Folia erecto-patentia, stricta, rigida, involuta, mucronato-pungentia, glauca, glabra; suprà fulcata, subtus lævissima. Vaginæ nervosæ, glabræ. Stipula elongata, acuta, bipartita. Panicula erecta, spiciformis, ramis brevibus, erecto-adpressis. Flores erecti, glaucescentes. Glumæ calycinæ subæquales, lanceolatae, acutæ, compressæ, carinatae, obsolete trinerves, carinâ scabræ. Flosculus solitarius, calyce parùm brevior. Glumæ lanceolatae, inæquales, nervosæ, carinâ scabræ; exterior latior, apice erosa, alteram amplectens. Lana flosculo triplò brevior.

Gramen præcedenti, et inde Phalaridi affine; ad arenam mobilem firmandam nec commodius nec aptius quicquam.

43. LOLIUM. *G. Pl.* 38. *Juss.* 31.

Cal. monophyllus, fixus, multiflorus. *Flosculi* distichi.

perenne. 1. LOLIUM spicâ muticâ, spiculis calyce longioribus, flosculis lanceolatis.

Lolium

Lolium perenne. *Sp. Pl.* 122. *Huds.* 55.
With. 167. *Relb.* 52. *Sibth.* 50. *Engl.*
Bot. t. 315. *Mart. Fl. Rust. t.* 4. *Dicks.*
Hort. Sicc. fasc. 11. 4. *Leers.* 47. *t.* 12.
f. 1.

L. rubrum. *Ger. em.* 78.

Gramen loliaceum, angustiore folio et spicâ.
Raii Syn. 395.

G. loliaceum, spicâ simplici, vulgare. *Morif.*
sect. 8. *t.* 2. *f.* 2.

β. *Lolium tenue.* *Sp. Pl.* 122, spiculis paucifloris.

γ. *Gramen loliaceum paniculatum.* *Dill. in Raii*
Syn. 395. multiplici spicatâ paniculâ. *Morif.*
loc. cit.

Leers. t. 12. *f.* 1. +.

δ. spicis brevioribus compressis. *Morif. loc. cit.*

G. loliaceum, spicâ latâ, e plurimis spicis du-
plici versu dense dispositis constante. *Scheuchz.*
Prod. 16. *t.* 2.

Sibth. 50. *With.* 167.

Angl. Perennial Darnel. Red Darnel. Ray-
 grafs.

In pratis, pascuis, et ad vias ubique.

Perennis. Fl. Junio.

Radix fibrosa, pubescens. Culmus pedalis, erectus, basi geniculatus et flexuosus, foliosus, superne teres, striatus, glaber. Folia linearia, carinata, glabra, saturatè viridia. Vaginæ striatæ, glabræ. Stipula brevis, obtusa, amplexicaulis. Spica erectiuscula, disticha, compressa, rachi flexuosâ, glabrâ, striatâ, alternatim scrobiculatâ ad spiculas recipiendas. Spiculæ alternæ, erectæ, ovatæ, compressæ, multifloræ. Calyx univalvis, lanceolatus, concaviusculus, acutus, muticus, striatus, vix carinatus, glaber, spiculâ duplo ferè brevior. Flosculi distichi, approximati, alterni, lanceolati, depressi, nervosi, mutici, glumâ interiore minore, ei iatâ, conca-

vâ. Spiculæ quandoque aristatæ, rarius viviparæ sunt. β e solo sterili gaudet foliis et spicis tenuioribus, spiculis tri- vel quadri-floris, minus compressis, calyce tamen longioribus.

γ dignoscitur spicâ basin versus compositâ.

δ spicam habet apice condensatam, e spiculis approximatis ovatam. *Herb. D. Rose.*

temulentum.

2. **LOLIUM** spicâ aristatâ, spiculis calyce brevioribus, flosculis ellipticis, culmo supernè scabro. *Lolium temulentum. Sp. Pl. 122. With. 168. Relb. 53. Leers. 48. t. 12. f. 2. Fl. Dan. t. 160.*

L. album. Ger. em. 78. Raii Syn. 395.

Zizania. Tillands. Ic. 112.

Angl. Bearded Darnel.

In arvis, inter *Hordeum*, *Triticum*, aut *Linum*.

Annua. Fl. Julio.

Radix fibrosa, tomentosa, parva. Culmus plerumque subfolitarius, erectus, bipedalis, firmus, teres, trinodis, foliosus, striatus; infernè glaberrimus, nitidus; supernè scaber. Folia lanceolata, patentia, nervosa, scabra. Vaginæ striatæ, scabriusculæ. Stipula brevissima, obtusa, crenulata. Spica erecta, figurâ prioris, sed major, rachi scabrâ. Spiculæ oblongæ, minus compressæ. Gluma calycina lineari-lanceolata, acutiuscula, mutica, complanata, striata, scabra, spiculâ plerumque longior; valvula quandoque altera, interna, minuta, elliptica, adest in spiculis inferioribus. Flosculi plurimi, distichi, approximati, alterni, elliptici, ventricosi, vix depressi, obsoletè nervosi, scabri, parùm infra apicem aristati, aristâ flosculo duplo longiore, subulatâ, albidâ, scabrâ, rectiusculâ. Gluma interior mutica, concava, subciliata. Semen depresso-planum.

arvense. 3. **LOLIUM** spicâ sub-muticâ, spiculis longitudine calycis, flosculis ellipticis, culmo glaberrimo.

Lolium

Lolium arvense. *With.* 168.

L. temulentum. *Huds.* 55. ex caractere.

L. verum Gesneri. *Morif. sect.* 8. t. 2. f. 1.

Angl. White Darnel. Annual Beardlefs Darnel.

In arvis rariùs.

In fields to the north of Forfar, Scotland. *Mr.*
Mackay.

Annua. Fl. Julio.

Habitus præcedentis, sed minor et tota glabra; folia supra tantum quandoque scabra sunt. Culmus, ut et rachis, omnino lævis. Calyx plerumque mihi videtur univalvis, at Cl. Withering (qui hanc speciem primus distinxit) bivalvem descripsit. Spicula calyci æqualis, vel parùm longior. Flosculi præcedentis; primo intuitu mutici, reverà accuratiùs inspecti, sub apicem brevissimè aristati sæpe inveniuntur.

Cum præcedente confudit Linnæus.

44. ROTBOLLIA. *Suppl.* 13. *Juss.* 31.

Cal. fixus, subuniflorus, simplex five bipartitus.

Flores alterni in rachi articulatâ.

1. ROTBOLLIA spicâ tereti subulatâ, glumâ *incurvata*,
lycinâ subulatâ adpressâ bipartitâ. *ta.*

Rotbollia incurvata. *Linn. Suppl.* 114. *With.*
169. *Relb. Suppl.* 2. 8. *Flo. Dan.* t. 938.

Aegilops incurvata. *Sp. Pl.* 1490. *Huds.* 441.

Gramen parvum marinum spicâ loliaceâ. *Raii*
Syn. 395.

G. loliaceum maritimum, spicis articulatis. *Mor-*
rif. sect. 8. t. 2. f. 8.

Angl. Sea Hard-grass.

In pratis et pascuis maritimis.

At Sheringham and Yarmouth, Norfolk. *Mr.*
Crowe. Below King's Weston near Bristol. *Dr.*
Stokes. Near Seaton, Durham. *Mr. Robson.*

At Exmouth, Devonshire. *Rev. Dr. Goodenough.*

Annua. Fl. Augusto.

Radix fibrosa, ramosissima, elongata. Culmi numerosi, basi decumbentes, ramosi, geniculati, teretes, glaberrimi, foliosi. Folia patula, linearia, acuta, plana, striata, supra margineque scabra. Vaginæ foliis breviores, subtumidæ, striatæ, glabræ. Stipula brevis, obtusa. Spicæ terminales, solitariae, filiformes, subarcuatæ, teretes, glabræ, multifloræ. Rachis articulata, alternitim scrobiculata, articulis unifloris. Calyx e glumis duabus, lanceolatis, acutis, muticis, glabris, striatis, parallelis, omne scrobiculum arctè cludentibus, sub anthesi vero patentibus. Flosculus solitarius, hermaphroditicus, calyce parùm brevior, glumis membranaceis, albis, muticis, subæqualibus.

45. ELYMUS. *G. Pl.* 39. *Juss.* 31.

Cal. lateralis, bivalvis, aggregatus, multiflorus.

arenari- 1. ELYMUS spicâ erectâ arctâ, calycibus lanceo-
us. latis longitudine spiculæ, foliis mucronato-
pungentibus.

Elymus arenarius. *Sp. Pl.* 122. *Huds.* 56.
With. 170. *Mart. Fl. Rust. t.* 31.

Triticum radice perenni, spiculis binis lanuginosis. *Gmel. Sib. v.* 1. 119. *t.* 25.

Spartum herba 4 Batavicum. *Chif. Hist.* 2. 221.
Angl. Upright Sea Lyme-grass.

In arenosis maritimis.

Isle of Bute, and in Devonshire. *Huds.* At Wells and Happisburgh, Norfolk. *Mr. Crowe.* Scotland. *Rev Dr. Walker.* Sea coast, four miles east of St. Andrews. *Mr. Mackay.*

Perennis. Fl. Julio.

Radix repens, latè extensa. Culmus tri- vel quadri-pedalis, erectus, firmus, teres, parùm striatus, glaberrimus, geniculis

niculis subtribus, basin versus præcipuè foliosus. Folia erecta, culmo haud multum breviora, linearia, rigida, stricta, glauca, mucronato-pungentia, canaliculata, involuta, ecarinata; subtus nervosa, glaberrima; supra fulcata, fulcis albidis, oculoque armato scabris. Vaginæ striatæ, glaberrimæ. Stipula brevissima, crenulata. Spica erecta, spithamæa, subcompressa, arctè imbricata, multiflora, glauca, rachi tectâ angulatâ, angulis pubescentibus. Spiculæ sessiles, erecto-adpressæ, duplici serie per paria alternatim digestæ, spicæ medium versus ternatæ. Glumæ calycinæ sub singulâ spiculâ binæ, adpressæ, lanceolatæ, subinde ovatæ, mucronatæ, longitudine ferè æquales, carinatæ, extus plerumque subpubescentes. Spiculæ lanceolatæ, subtrifloræ, longitudine calycis vel parùm longiores. Flosculi mucronati, apice nervosi, vix carinati, pubescentes, glumâ interiore concavâ, parùm breviora, emarginatâ, minutè ciliatâ. Receptaculum commune flosculorum articulatum, articulis clavatis, pilosis.

Habitus Arundinis arenariæ, at etiam non florens dignoscitur stipulâ exiguâ, nec elongatâ bipartitâ.

2. ELYMUS spicâ inflexo-pendulâ laxâ, calyci-^{genicu-}
bus setaceis patulis spiculâ longioribus, foliis ^{latus.}
mucronato pungentibus.

Elymus. *Amæn. Acad.* v. 7. 192. t. 2. f. 5.

With. v. 1. 134. t. 2. f. 26.

E. geniculatus. *Curt. Obs. on Brit. Grasses*, 46.

Angl. Pendulous Sea Lyme-grass.

In littoribus maritimis.

Near Gravesend. *Mr. Dickson.*

Perennis. Fl. Julio.

Habitus præcedentis, quocum a Linnæo confundi videtur; altior tamen et gracilior est, foliis angustioribus, et dum floret facillimè distinguendus. Spica sesquipedalis, vel bipedalis, laxa, floribus distantibus unde rachis in conspectum venit, inferioribus etiam remotissimis. Ad primi vel secundi florum fasciculi insertionem rachis, primò erecta, angulo acuto demum inflectitur,

flectitur, et spica dein ad perpendicularum dependet. Glumæ calycinæ spiculis plerumque sesquolongiores, lineari-fetaceæ, glabræ, patentes, æquales. Spiculæ quadrifloræ. Flosculi remotiusculi, mucronati, nervosi, pubescentes. Receptaculum commune basi quandoque denudatum et elongatum.

europæ-
us.

3. ELYMUS spicâ erectâ, spiculis bifloris aristatis, involucro exstriato.

Elymus europæus. *Linn. Mant.* 35. *With.* 170. *Sibth.* 51.

Hordeum sylvaticum. *Huds.* 57. *Mart. Fl. Rust. t.* 45.

Triticum sylvaticum. *Salisb. Prod.* 27.

Secale villosum. *Huds. ed.* 1. 46.

Gramen fecalinum majus sylvaticum. *Raii Syn.* 392.

G. hordeaceum montanum five majus. *Scheuchz. Prod.* 14. t. 1. f. 1.

Angl. Wood Lyme-grass.

In sylvis solo calcareo.

In Oxfordshire, Berkshire, Derbyshire, and the north of England.

Perennis. Fl. Junio.

Radix fibrosa, subcæspitosa. Culmus bipedalis, erectus, simplex, teres, striatus, glaber, basi præcipuè foliosus. Folia patentia, lanceolata, acuminata, plana, nervosa, utrinque scabra. Vaginæ nervosæ, parùm ventricosæ, magis vel minùs pilosæ, pilis deflexis. Stipula exigua, crenulata. Spica erecta, vel parùm nutans, stricta, arcta, biuncialis, obtusa. Rachis flexuosa, angulata, fulcata, scabra. Spiculæ erecto-adpressæ, triplici serie per paria digestæ. Glumæ calycinæ lanceolato-fetaceæ, scabræ, obsolete trinerves nec striatæ, aristatæ, aristis scabris, rectis, glumâ longioribus. Spiculæ subpedicellatæ, bifloræ, sæpe unifloræ, longitudine calycis. Flosculi omnes ferè perfecti, lanceolati, aristati, apice nervosi, scabri, aristis flosculo quandoque duplò longioribus.

46. HOR-

46. HORDEUM. *G. Pl.* 39. *Juss.* 32. *Gærtn. t.* 81.

Cal. lateralis, bivalvis, ternus, uniflorus.

1. HORDEUM flosculis lateralibus masculis aris- *muri-*
tatis, glumis calycinis intermediis lanceolatis *num.*
ciliatis.

Hordeum murinum. Sp. Pl. 126. *Huds.* 56.

With. 171. *Relb.* 53. *Sibth.* 51. *Curt. Lond.*

fasc. 5. *t.* 9. *Mart. Fl. Rust.* *t.* 43. *Dicks. H.*

Sicc. fasc. 13. 10. *Fl. Dan.* *t.* 629.

H. spurium. Ger. em. 73.

Gramen fecalinum et Secale sylvestre. Raii Syn.

391.

G. fecalinum vulgatissimum viarum. Morif.

sect. 8. *t.* 6. *f.* 4.

Angl. Wall Barley. Mouse Barley. Way Bennet.

In ruderatis et ad vias vulgaris.

Annua. Fl. totâ æstate.

Radix fibrosa, albida. Culmi plures, pedales, erectiusculi, basi decumbentes, patuli, infracti, geniculis tumidis, foliosi, teretes, læves. Folia patentia, laxiuscula, linearilanceolata, acuta, striata, scabra, lætè viridia. Vaginæ longitudine ferè foliorum, subventricosæ, striatæ, glaberrimæ. Stipula brevissima. Spica erecta, bi- vel tri-uncialis, arcta, multiflora. Rachis articulata, fragilis, compressa, angulis scabra. Spiculæ distichæ, imbricatæ. Glumæ calycinæ exteriores setaceæ; interiores lineari-lanceolatæ, trinerves, pectinato-ciliatæ; omnes aristatæ, aristis rectis, scaberrimis, glumâ duplo longioribus. Flosculi semper solitarii, lanceolati, lævissimi, aristati, aristis validioribus et longioribus quam in calyce; centralis sessilis, hermaphroditicus; laterales pedicellati, minores, masculi. Glumæ interiores obtusè acuminatæ, muticæ, cum setâ ad basin, longitudinaliter sulcatæ; in floribus hermaphroditicis margine læves, masculis ciliatæ.

2. HOR-

pratense. 2. **HORDEUM** flosculis lateralibus masculis brevius aristatis, glumis calycinis omnibus setaceis scabris.

Hordeum pratense. *Huds.* 56. *With.* 171. *Relb.* 54. *Sibth.* 51. *Engl. Bot.* t. 409. *Mart. Fl. Rust.* t. 108.

H. nodosum. *Sp. Pl.* 126, excluso syn. *Raii*.

H. murinum β. *Ibid.*

Gramen fecalinum. *Raii Syn.* 392. *Ger. em.* 29.*
n. 4.

G. fecalinum minus pratense. *Morif. sect.* 8. t. 2. f. 6.

G. spicatum fecalinum minus. *Scheuchz. Agr.* 17. *Vaill. Paris.* t. 17. f. 6.

Angl. Meadow Barley.

In pratis et pascuis, præcipuè humidiusculis.

Perennis. Fl. Junio.

Radix fibrosa, in locis sterilioribus rariùs inundatis bulbosa evadit. Culmus sesquipedalis, erectus, gracilis, foliosus, supernè nudus, teres, tenuissimè striatus, glaber. Folia patentia, linearia, acuta, scabriuscula. Vaginæ parùm ventricosæ, striatæ, glabræ. Stipula exigua. Spica ut in præcedente, sed angustior, brevius aristata, rachi minùs fragili. Glumæ calycinæ omnes æquales, angustissimæ, setaceæ, scabræ, aristatæ. Flosculi ferè ut in priore, laterales verò longiùs pedicellati, multòque brevius aristati, plerumque masculi, subinde abortivi.

Dignoscitur primâ facie culmo altiore, stricto, supernè nudo, spicâ strigofiori.

maritimum. 3. **HORDEUM** flosculis lateralibus masculis brevius aristatis, glumâ calycinâ internâ flosculorum lateralium semi-ovato.

Hordeum maritimum. *With.* 172. *Relb.* 54. *Mart. Fl. Rust.* t. 44. *Fl. Dan.* t. 630. *Pourret. Act. Tolos.* v. 3. 320.

H. ma-

H. marinum. *Huds.* 57. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 5. 4.
Gramen secalinum palustre et maritimum. *Raii*
Syn. 392.

G. secalinum maritimum minus. *Morif. sect.* 8.
t. 6. *f.* 5.

Angl. Sea Barley. Squirrel-tail grafs.

In pascuis et arenosis maritimis.

Annua. Fl. Junio, Julio.

Habitus Hordei murini, quocum a Curtifio confunditur.
Dignoscitur foliis lævioribus, glaucescentibus, spiculis
subpyramidatis, compactioribus. Aristæ calycinæ et
floris centralis longitudine æquales sunt, lateralium
verò florum multò breviores. Character essentialis
constat e figurâ dilatatâ, semi-ovatâ, glumarum calyci-
narum internarum flosculorum lateralium, dum reliquæ
omnes e basi setacæ sint.

47. TRITICUM. *G. Pl.* 40. *Juss.* 32. *Gærtn. t.* 81.

Cal. bivalvis, solitarius, multiflorus, in rachi
flexuosâ, dentatâ.

1. TRITICUM calycibus truncatis quinquefloris, *juncum.*
foliis involutis mucronato-pungentibus.

Triticum juncum. *Sp. Pl.* 128. *Huds.* 58.
With. 173. *Relb.* 55. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 6. 9.
Fl. Dan. t. 916.

Gramen maritimum, spicâ loliaceâ, foliis pun-
gentibus, nostras. *Pluk. Phyt. tab.* 33. *f.* 4.
Dill. in Raii Syn. 391.

β. *G. loliaceum maritimum supinum*, spicâ cras-
siflore. *Dill. in Raii Syn.* 391.

γ. *G. caninum maritimum*, spicâ foliaceâ. *Raii*
Syn. 391.

Angl. Sea Rushy Wheat-grafs.

In arenosis maritimis frequens.

Perennis. Fl. Julio,

Radix

Radix repens, teres, articulata, glabra, fibris tomentosis. Culmus adscendens, basi sæpè purpurascens, teres, nudus, lævissimus, medium versus foliosus, supernè nudus, striatus. Folia erecto-patentia, linearia, acuminato-pungentia, involuta, striata, glauca; subtus lævissima; supra inter strias minutè scabra, ut in *Elymo arenario*. Vaginæ strictæ, glabræ. Stipula brevissima. Spica erecta, stricta, glauca, palmaris. Rachis articulata, alternatim hinc complanata, extus teres, striata, glaberrima. Spiculæ folitariae, erectiusculæ, distichæ, remotiusculæ, muticæ, glaberrimæ. Glumæ calycinae cymbiformes, fulcatæ, obtusæ. Flosculi 5 vel 6, longitudine et figurâ calycis, subcarinati, apice emarginati vel denticulati, glumis interioribus parùm minoribus, ciliatis.

repens.

2. **TRITICUM** calycibus subulatis, multinerviis, quinquefloris, flosculis acuminatis, foliis planis, radice repente.

Triticum repens. *Sp. Pl.* 128. *Huds.* 57. *With.* 173. *Relb.* 55. *Sibth.* 52. *Leers.* 45. *t.* 12. *f.* 3.

Gramen spicâ triticeâ repens vulgare, caninum dictum. *Raii Syn.* 390.

G. caninum vulgatius. *Morif. sect.* 8. *t.* 1. *f.* 8.

β. *Triticum repens.* *Mart. Fl. Rust.* *t.* 124. *Fl. Dan.* *t.* 748. *With.* 173. *var.* 4.

γ. Gramen caninum maritimum, spicâ triticeâ nostras. *Raii Syn.* 390.

Triticum repens var. 5. *With.* 173.

Angl. Creeping Wheat-grass. Couch-grass.

In cultis et ruderalis ubique. γ in maritimis haud infrequens.

Perennis. Fl. a Junio ad Septembrem usque.

Radix valdè repens, articulata, tunicata, fibris tomentosis. Culmus erectus, bipedalis, gracilis, teres, striatus, foliosus. Folia patentissima, subsecunda, lineari-lanceolata, acuminata, plana, striata, supra margineque scabra. Vaginæ strictæ, nervosæ, glabræ. Stipula brevissima.

Spica

Spica erectiuscula, bi- vel tri-uncialis, priori similis fed tenuior, spiculisque duplò minoribus. Glumæ omnes lanceolato-subulatæ, acuminatæ, sæpè aristatæ, aristis longitudine variis. Rachis subinde hirsuta. Glumæ interiores ciliatæ. Flosculi numero a tribus ad octo variant.

Folia in γ mucronato-pungentia, glauca, rigida, calycis carinâ scabrâ. Flores subinde vivipari. *Herb. Lightf.*

3. TRITICUM calycibus acuminatis subquinque-*caninum.*
nervibus quadrifloris, flosculis aristatis, foliis
planis, radice fibrosâ.

Triticum caninum. *Huds.* 58. *With.* 173. *Relb.*
56? *Sibth.* 52.

T. n. 58. *Gmel. Sib. v. 1.* 122. *t.* 27.

T. n. 1429. *Hall. Hist. v. 2.* 212.

Elymus caninus. *Sp. Pl.* 124.

Gramen caninum aristatum, radice non repente.

Morif. sect. 8. t. 1. f. 2. —sylvaticum. *Raii*
Syn. 390.

Angl. Fibrous or Bearded Wheat-grass.

In sylvis et ad sæpes umbrosas, solo calcareo.

Perennis. Fl. Julio.

Radix fibrosa, tomentosa, nequaquam repens. Culmi plurimi, erecti, stricti, bipedales, foliosi; teretes, glaberrimi, minutè striati. Folia erecto-patentia, lineari-lanceolata, acuta, nervosa, viridia, plana, utrinque aspera, quandoque hirsuta. Vaginæ striatæ, glabræ. Stipula obsoleta. Spica 3-4 uncialis, erectiuscula, demùm nutans, laxiuscula. Spiculæ inferiores sæpè geminæ, cæteræ alternæ. Glumæ calycinæ æquales, lanceolatæ, brevius aristatæ, 3- vel 5-nerves, oppositæ, nec, ut in Elymo Hordeoque, laterales. Flosculi lanceolati, nervosi, aristati, aristis glumâ duplò longioribus, rectis. Glumæ interiores ciliatæ.

4. TRITICUM calycibus obtusis multifloris, spicâ *loliace-*
simplici secundâ, flosculis muticis, culmo ra-*um.*
moso.

Triticum loliaceum. *Engl. Bot.* t. 221. *With.* 174.

T. unilaterale. *Ait. Hort. Kew.* v. 1. 122.

Poa loliacea. *Huds.* 43. *Relb.* 37.

Gramen pumilum, loliaceo simile. *Raii Syn.* 395.

G. loliaceum exile durius. *Rel. Rudb.* 13.

G. exile duriusculum maritimum, foliolis circumvolutis veluti junceis brevibus. *Pluk. Phyt.* t. 32. f. 7.

G. parvum marinum, spicâ loliaceâ. *Morif. sect.* 8. t. 2. f. 6.

Angl. Dwarf Sea Wheat-grass.

In arenosis maritimis.

On the north coast of Norfolk. *Rev. Mr. Bryant.*

At Lowestoft, Suffolk. Near Landguard Fort.

Rev. Dr. Goodenough. Near South End, Essex, and in the Isle of Wight. *Mr. E. Forster jun.*

Annua. Fl. Junio, Julio.

Radix fibrosa, sæpius pubescens. Culmi plures, erecto-patentes, ramosi, rigidi, subcompressi, glabri, foliosi, palmares. Folia lineari-lanceolata, acutiuscula, plana, dorso scabriuscula, exsiccatione involuta. Vaginæ parum inflatæ, substriatæ, glabræ. Stipula brevis, obtusa, erosa. Spica erecta, rigida, disticha, secunda, rachi flexuosâ, angulatâ, marginatâ, glabrâ, spiculis lanceolatis, alternis, plerumque solitariis; inferioribus sæpè binatis, ternis, vel subinde quaternis. Glumæ calycinæ æquales, obtusæ, carinatæ, obsolete nervosæ. Flosculi numerosi, imbricati, distichi, glabri, obtusiusculi, mutici, magnitudine valvularum calycinarum. Glumæ interiores ciliatæ. Rachis partialis flexuosa. Habitu, et etiam structurâ florum, *Poæ* rigidæ valdè affine est, quâcum genere naturali forsitan conveniat. Variat colore fusco-violaceo in apricis.

III. TRIGYNIA.

48. MONTIA. *G. Pl.* 41. *Juss.* 313. *Gærtn. t.* 129.

Cal. diphyllus. *Cor.* monopetala, irregularis.

Caps. unilocularis, trivalvis, trisperma.

1. MONTIA.

fontana.

Montia fontana. Sp. Pl. 129. *Huds.* 60. *With.* 175.

Relb. 56. *Sibth.* 53. *Curt. Lond. fasc.* 3. *t.* 8.

Fl. Dan. t. 131.

M. aquatica minor, Mich. Gen. 18. *t.* 13. *f.* 2.

Alfine parva palustris tricoccos. Raii Syn. 352.

Alfineformis paludosa tricarpus, flosculis albis in-
apertis. Pluk. Phyt. t. 7. *f.* 5.

Cameraria arvensis et minor. Dill. Giff. 46. *ap-*
pend. 114. *t.* 6.

Angl. Water Chickweed. Blinks.

Ad fontes, scaturigines, et in campis humidis.

Annua. *Fl.* Aprili, Maio.

Radix fibrosa. Herba glabra, succulenta. Caulis ramo-
fissimus, ramis decumbentibus, radicanibus, foliosis,
rubicundis. Folia opposita, spatulata, integerrima.
Flores pedunculati, albi, sole acriori tantummodo ex-
panfi, post anthesin nutantes. Fructus erectus. Se-
mina tria, reniformia, scabra. Variat partium numero,

49. HOLOSTEUM. *G. Pl.* 42. *Juss.* 299.

Gærtn. t. 130.

Cal. pentaphyllus. *Pet.* 5, crosa. *Caps.* unilo-
cularis, subcylindrica, apice dehiscens.

1. HOLOSTEUM floribus umbellatis.

umbella-
tum.

Holosteum umbellatum, Sp. Pl. 130. *With.* 175.

Engl. Bot. t. 27. *Rose Elem. append.* 445. *t.* 2.

f. 4.

VOL. I,

M

Holo.

Holosteum, quæ Alfine verna glabra, floribus umbellatis. *Dill. Giff. 41. append. 130. t. 6.*

Cerastium umbellatum. *Hudf. 201. Dickf. H. Sicc fasc. 2. 5.*

Caryophyllus Holostius arvensis. *Ger. em. 595. Angl. Umbelliferous Chickweed.*

In muris antiquis, rariùs.

On the walls of Norwich. *Mr. Pitchford.* On walls about Bury. *Sir T. G. Cullum, Bart.*

Annua. Fl. Aprili.

Herba lævis, subglaucæ, caule basi ramoso, apicem versus hirsuto et viscido. Folia ovata, acuta. Umbella simplex, terminalis, pedunculis bracteatis, maturescente fructu divaricatis. Flores albi, vel rubicundi. Petala variè incisa. Capsula sexdentata. Stamina numero variant.

50. POLYCARPON. *G. Pl. 42. Juss. 299. Gærtn. t. 129.*

Cal. pentaphyllus. Pet. 5, ovata, minima. Caps. unilocularis, trivalvis. Sem. plurima.

tetra-
phyllum. 1. POLYCARPON.

Polycarpon tetraphyllum. *Sp. Pl. 131. Hudf. 60. Wtb. 176. Gærtn. t. 129. Dickf. H. Sicc. fasc. 17. 6.*

Paronychia altera Matthioli. *Dalech. Hist. 1213. f. 2.*

Anthyllis marina incana alfinefolia. *Ger. em. 622. A. alfinefolia polygonoides major. Barr. Ic. t. 534.*

Angl. Four-leaved All-seed.

In ruderatis et arenosis ad maris littora australia.

On various parts of the coast of Devonshire and Dorsetshire. On the neck of the Isle of Portland, close to the shingly beach. *Rev. Dr. Good-enough.*

Annua.

Annua. Fl. Maio—Augusto, etiam hyeme.

Caulis ramosissimus, diffusus, divaricatus. Folia opposita vel quaterna, obovata, integerrima, subcarnosa, glabra. Stipulæ et bracteæ acuminatæ, scariosæ, albæ. Paniculæ terminales dichotomæ. Flores numerosi, parvi. Calyx albo marginatus. Petala exigua, alba, fugacia, subinde emarginata. Valvulæ capsularum lanceolatæ, margine inflexæ.

The following is a list of the
 names of the persons who have
 been appointed to the various
 offices of the Board of
 Directors of the
 City of New York, for the
 year 1890.

Classis IV.

TETRANDRIA.

Stamina 4.

MONOGYNIA.

Stylus 1.

* *Fl. monopetali, monospermi, superi.*

51. DIPSACUS. *Cal. communis polyphyllus, foliaceus; proprius superus. Pappus cyathiformis.*
52. SCABIOSA. *Cal. communis polyphyllus; proprius superus, duplex.*
60. SANGUISORBA. *Cal. uniflorus, inferus. Cor. supera.*

* * *Fl. monopetali, dispermi, superi.*

56. RUBIA. *Cor. campanulata. Fructus baccatus.*
55. GALIUM. *Cor. plana. Fructus ficcus.*
54. ASPERULA. *Cor. tubulosa. Fructus muticus.*
53. SHERARDIA. *Cor. tubulosa. Fructus coronatus. Sem. tridentata.*

*** *Fl. monopetali, polyspermi, inferi.*

57. EXACUM. *Cor.* hypocrateriformis. *Caps.* bilocularis, apice dehiscens.
 58. PLANTAGO. *Cor.* refracta. *Caps.* bilocularis, circumscissa.
 59. CENTUNCULUS. *Cor.* tubulosa. *Caps.* unilocularis, circumscissa.
Gentianæ quadrifidæ.

**** *Fl. tetrapetali.*

61. EPIMEDIUM. *Nectaria* 4, petalis incumbentia, faccata. *Siliqua* polysperma, super.
 62. CORNUS. *Nectaria* nulla. *Drupa* infera, bilocularis.

Cardamine hirsuta. Coronopus didyma.

***** *Fl. apetali.*

63. PARIETARIA. *Cal.* quadrifidus. *Semen* calyce tectum.
 64. ALCHEMILLA. *Cal.* octofidus. *Semen* nudum.

DIGYNIA.

Styli 2.

65. BUFFONIA. *Cor.* tetrapetala. *Caps.* bivalvis, disperma.

Gentianæ quadrifidæ.

TETRA-

TETRAGYNIA.

Styli 4.

66. ILEX. Cor. monopetala. *Bacca* tetrasperma.
 69. SAGINA. Pet. 4. *Capsf.* unilocularis.
 71. RADIOLA. Pet. 4. *Cal.* multifidus. *Capsf.*
 octolocularis, octovalvis.
 70. TILLÆA. Pet. 3—5. *Capsulæ* plures.
 67. POTAMOGETON. Pet. 4. *Cal.* nullus.
 Sem. 4, nuda.
 68. RUPPIA. Pet. nulla. *Cal.* nullus. *Sem.* 4,
 pedicellata.

Cerastium tetrandrum.

IV. TETRANDRIA.

I. MONOGYNIA.

51. DIPSACUS. *G. Pl.* 48. *Juss.* 194. *Gærtn. t.* 86.

Cal. communis polyphyllus; *proprius* superus, monophyllus. *Receptaculum* paleaceum. *Pappus* cyathiformis.

*fullo-
num.*

* 1. DIPSACUS foliis connatis serratis, paleis recurvis, involucris reflexis.

Dipsacus fullonum. *Linn. Syst. Veg. ed.* 14. 143.
With. 182. *Huds. ed.* 1. 49. *Sp. Pl.* 140. β .
Huds. 61. β .

D. fativus. *Ger. em.* 1167. *Raii Syn.* 192.

D. albus. *Fuchs. Hist.* 224. *lc.* 127.

Carduus fullonum. *Lob. lc. v.* 2. 17.

Angl. Manured or Fuller's Teasel.

Ad sepes. *Hudson.* Vix spontaneus.

Biennis. Fl. Julio.

Caulis 5-pedalis, rectus, ramosus, angulatus, aculeatus. Folia radicalia obovata, in petiolum attenuata; caulina connato-perfoliata; omnia glabra, inæqualiter serrata. Capitulum ovatum, multiflorum, involucro e foliolis pluribus, inæqualibus, lanceolatis, rigidis, mucronatis, recurvis. Flores dilutè purpurei. Paleæ rigidae, acuminatæ, aduncæ, ad lanas carminandas aptæ, ad quem usum capitula matura strigile ligneâ disponuntur.

sylvestris. 2. DIPSACUS foliis oppositis serratis, paleis rectis, involucris inflexis capitulo longioribus.

Dipsacus sylvestris. *Linn. Syst. Veg. ed.* 14. 143.
With. 182. *Relb.* 58. *Sibth.* 54. *Huds. ed.* 1. 49.
Curt. Lond. fasc. 3. t. 9. *Jacq. Austr. t.* 402.
Ger. em. 1167. *Raii Syn.* 192. *Cord. Hist.*
105. 2.

Dipsacus

Dipsacus fullonum α. *Sp. Pl.* 140. *Huds.* 61.

D. purpureus. *Fuchs. Hist.* 225. *Ic.* 128.

Labrum Veneris. *Lob. Ic.* v. 2. 19.

Angl. Wild Teasel.

Ad fepes humidiusculas et ad vias.

Biennis. Fl. Julio.

Habitus prioris, sed minùs robustus. Folia radicalia crenata; caulina ferrata, sessilia, minùsque connato-perfoliata; omnia magis vel minùs aculeata. Involucris foliola inæqualia; majora capitulo longiora, inflexa, quandoque apice foliaceo-dilatata. Paleæ rectæ, flores multum excedentes, pilosæ.

3. **DIPSACUS** foliis petiolatis appendiculatis, involucris deflexis capitulo æqualibus. *in-pilosus.*

Dipsacus pilosus. *Sp. Pl.* 141. *Huds.* 61.

With. 182. *Relb.* 59. *Sibth.* 54. *Abbot.* 29.

Curt. Lond. fasc. 1. t. 10. *Jacq. Austr.* t. 248.

D. minor, seu *Virga pastoris.* *Ger. em.* 1168.

Raii Syn. 192.

D. sylvestris capitulo minore. *Morif. sect.* 7. t. 36.

f. 5.

Angl. Small Teasel. Shepherd's Staff.

In humidis, ruderalis, et ad vias, solo calcareo.

Out of St. Benedict's gates, Norwich, and in several other parts of Norfolk. At Matlock bath.

Near Deptford, in the London road. *Rev. Dr. Goodenough.*

Perennis. Fl. Augusto.

Radix fusiformis. Caulis ramosus, erectus, sulcatus, aculeatus. Folia petiolata, ovata, ferrata, basi auriculata. Capitula subrotunda, involucris æqualibus, foliaceis, planis, deflexis. Flores albi. Paleæ rectæ, pubescentes, setis ciliatæ.

52. SCABIOSA. *G. Pl.* 48. *Juss.* 194. *Gaertn. t.* 86.

Cal. communis polyphyllus; *proprius* duplex, superus. *Recept.* paleaceum, five nudum.

succisa. 1. SCABIOSA corollulis quadrifidis æqualibus, foliis caulinis dentatis, floribus subglobofis. *Curtis.*

Scabiosa succisa. *Sp. Pl.* 142. *Huds.* 62. *With.* 183. *Relb.* 59. *Sibth.* 55. *Curt. Lond. fasc.* 3. *t.* 10. *Fl. Dan. t.* 279.

S. radice succisa, flore globofo. *Raii Syn.* 191.

Succisa. *Fuchs. Hist.* 715.

Morsus Diaboli. *Ger. em.* 726.

Angl. Devil's-bit Scabious.

In pascuis copiosè.

Perennis. Fl. Augusto ad Octobrem.

Radix præmorsa, nigricans. Caulis erectus, supernè ramosus, ramis elongatis, unifloris. Folia radicalia ovata, integerrima, obtusiora; caulina lanceolata, plerumque dentata, superiora verò integerrima. Flores violacei, subinde albi.

arvensis. 2. SCABIOSA corollulis quadrifidis radiantibus, foliis pinnatifidis incis, caule hispido.

Scabiosa arvensis. *Sp. Pl.* 143. *Huds.* 62. *With.* 183. *Relb.* 60. *Sibth.* 55. *Curt. Lond. fasc.* 4. *t.* 13. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 12. 6. *Fl. Dan. t.* 447.

S. major communior, folio laciniato. *Raii Syn.* 191.

S. major vulgaris. *Ger. em.* 719.

Scabiosa. *Fuchs. Hist.* 716.

Angl. Field Scabious.

In arvis et pratis.

Perennis. Fl. Julio.

Radix

Radix fusiformis, longissima, subramosa. Caulis bi- vel tri-pedalis, ramosus, hispidus, pilis deflexis. Folia sæpius pubescentia; radicalia lanceolata, ferrata; caulina pinnatifida, sæpè incisa; summa integra. Rami patentes, uniflori. Corollæ dilutè purpureæ. Flosculi radii majores, irregulares.

Flores tabaci fumo infecti pulchrè viridescunt.

3. SCABIOSA corollulis quinquesidis radiantibus, *columbafoliis* radicalibus ovatis lyratisve crenatis; caulinis pinnatifidis: laciniis linearibus.

Scabiosa columbaria. *Sp. Pl.* 143. *Huds.* 62.

With. 184. *Relb.* 60. *Sibth.* 55. *Fl. Dan.*

t. 314.

S. minor vulgaris. *Raii Syn.* 191.

S. minor five *Columbaria.* *Ger. em.* 719.

Angl. Small Scabious.

In pascuis glareosis vel calcareis.

Perennis. *Fl.* Junio, Julio.

Facile dignoscitur corollulis quinquesidis, maximè radiantibus. Habitu gaudet præcedentis, sed humilior atque omnibus partibus tenuior est. Folia caulina quandoque bipinnatifida. Pappus fetis 5, fuscis, longitudine corollæ.

53. SHERARDIA. *G. Pl.* 50. *Juss.* 196. *Gærtn.*

t. 24.

Cor. monopetala, infundibuliformis, supera.

Semina duo, tridentata.

1. SHERARDIA foliis omnibus verticillatis, *flo-arvensis*, ribus terminalibus.

Sherardia arvensis. *Sp. Pl.* 149. *Huds.* 66.

With. 185. *Relb.* 63. *Sibth.* 57. *Curt.*

Lond. fasc. 5. *t.* 13. *Dicks. H. Sicc. fasc.*

15. 1. *Fl. Dan. t.* 439.

Sherardia. *Dill. Giff. append.* 96. *t.* 3. *Blair*

Bot. Eff. 155. *t.* 4. *f.* 6. *Hall. Hist. n.* 734.

p. 1. 321.

Asperula

Asperula flore carneo, acuto folio. Barr. Ic. t. 541.

Rubeola arvensis repens cærulea. Raii Syn. 225. Angl. Blue Sherardia, or Little Field Madder.

In arvis, præsertim requietis, et inter segetes.

Annua. Fl. totâ æstate.

Herba ramosa, diffusa, glabra vel pilosa. Folia plerumque fena, ovata, acuminata, marginibus carinâque aspera. Umbella terminalis, sessilis, summo foliorum verticillo octophyllo involucrata. Calyx superus, diphyllus, foliolis tridentatis, persistentibus, fructum coronantibus. Flores purpuro-cærulei, tubo gracili.

54. ASPERULA. *G. Pl. 50. Juss. 196.*

Cor. monopetala, infundibuliformis, supera. Semina duo, globosa.

odorata. 1. ASPERULA foliis octonis lanceolatis, florum fasciculis pedunculatis, fructu hispido.

Asperula odorata. Sp. Pl. 150. Hudf. 66. With. 185. Relb. 64. Sibth. 57. Curt. Lond. fasc. 4. t. 15. Dickf. H. Sicc. fasc. 8. 7. Fl. Dan. t. 562.

Asperula. Ger. em. 1124. Raii Syn. 224.

Angl. Sweet Woodruff or Woodroof.

In sylvis et umbrosis, præsertim montosis, copiosè.

Perennis. Fl. Maio.

Radix repens. Caules erecti, simplices, læves. Folia 7—9, plerumque 8, in omni verticillo, elliptico-lanceolata, margine scabra. Paniculæ dichotomæ, terminales, sæpius ternæ. Flores nivei, interdum suaveolentes. Fructus setis erecto-patentibus hispidus. Herba recens inodora, exsiccatione fragrantissima, ut Anthoxanthum odoratum.

cynan-
chica. 2. ASPERULA foliis linearibus quaternis: superioribus maximè inæqualibus, floribus omnibus quadrifidis, fructu glabro.

Asperula

Asperula cynanchica. *Sp. Pl.* 151. *Huds.* 66.
With. 186. *Relb.* 64. *Sibth.* 58. *Engl. Bot.*
t. 33. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 17. 5.

A. n. 730. *Hall. Hist.* v. 1. 320.

Galium tetraphyllum montanum cruciatum.
Column. Ecphr. 297. *f.* 1.

Rubeola vulgaris quadrifolia lævis, floribus pur-
purascentibus. *Raii Syn.* 225.

Synanchica. *Ger. em.* 1120.

Angl. Squinancy-wort, or Small Woodruff.

In apricis calcareis.

Perennis. Fl. Junio.

Radix fibrosa, longa. Caules numerosi, basi procumben-
 tes, apice erecti. Folia inferiora quaterna, in ramulis
 obovata; superiora linearia, caulium apicem versus
 valdè inæqualia, ut par intermedium in stipulas dimi-
 nutum videatur. Umbellæ terminales. Flores carnei,
 rubro tri-lineati, suaveolentes. Fructus glaber, nec ut
 in icone Columnæ hispida.

55. GALIUM. *G. Pl.* 52. *Juss.* 196. *Gærtn. t.* 24.

Cor. monopetala, plana, supera. *Semina* duo,
 subrotunda.

* *Fructu glabro.*

1. GALIUM foliis quaternis ovatis hirsutis, caule *crucia-*
supernè simplici piloso, pedunculis lateralibus tum.
diphyllis.

Galium cruciatum. *Engl. Bot. t.* 143. *With.* 186.

G. cruciata. *Scop. Carn.* v. 1. 100.

G. n. 709. *Hall. Hist.* v. 1. 314.

Valantia Cruciata. *Sp. Pl.* 1491. *Huds.* 441.

Relb. 377. *Sibth.* 60.

Cruciata. *Ger. em.* 1123. *Raii Syn.* 223.

Angl. Cross-wort. Mug-weed.

In dumetis et ad sepes.

Perennis. Fl. Maio.

Herba lætè virens. Caules supernè simplices, elongati, debiles, foliosi. Folia latè ovata, molliuscula, pilosa. Flores numerosi, aurei, corymbosi, axillares, hermaphroditici, intermixti masculis, omnes plerumque quadrifidi, rariùs trifidi, quandoque quinquefidi. Fructus foliis deflexis contactus.

palustre. 2. **GALIUM** foliis quaternis obovatis inæqualibus obtusis, caulibus diffusis supernè ramosis. *Galium palustre.* *Sp. Pl.* 153. *Huds.* 67. *With.* 187. *Relb.* 65. *Sibth.* 58. *Fl. Dan.* t. 423.

G. n. 719. *Hall. Hist.* v. 1. 317.

G. album. *Ger. em.* 1126.

Molluginis vulgarioris varietas minor. *Raii*

Syn. 224. *Herb. Buddl.*

Angl. White Water Bed-straw.

In pratis humidis, rivulis et fossis.

Perennis. Fl. Julio.

Caules diffusi, ramosissimi, læves. Folia obovata, semper obtusa, margine sæpiùs scabra, magnitudine inæqualia, subinde fena. Pedunculi terminales, terni, umbellati, triflori. Flores nivei. Fructus parvus, lævis.

Witbe- ringii. 3. **GALIUM** foliis quinis reflexis lanceolatis aristatis ciliatis, caule erectiusculo simplici scabro. *With.*

Galium montanum. *With.* 187. t. 28, nec *Linn.*

Angl. Rough Heath Bed-straw.

In ericetis montosis subhumidis.

On high but boggy parts of Handsworth heath.

Withering.

Perennis? Fl. Julio.

Caulis spithamæus, debilis, subsimplex, scaber. Folia quina, reflexa, lanceolata, fetis ciliata, pilo terminata.

Paniculæ

Paniculæ terminales, trichotomæ. Flores albi, ante expansionem subpurpurei. Antheræ rufæ. Stylus brevissimus, bipartitus. *With.*

Plantam ipse non nisi exsiccatum vidi. Omnino diversa a *G. montano* Herb. Linn. proculdubio est.

4. *GALIUM* foliis senis obovatis obtusis mucro-*saxatile.*
natis, caule ramosissimo prostrato glabro,
fructu granulato.

Galium saxatile. *Sp. Pl.* 154.

G. montanum. *Huds.* 67. *Relb.* 66. *Cullum.* 55.

G. procumbens. *With.* 187. *Sibth.* 59.

G. album minus. *Petiv. Herb. Brit. t.* 30. *f.* 6.

Mollugo montana minor, Galio albo similis.

Raii Syn. 224. *Herb. Buddl.*

Angl. Smooth Heath Bed-straw.

In ericetis et montosis frequens.

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Radix repens. Caules ramosissimi, diffusi, procumbentes, glabri. Folia sena, patentia, obovata, mucronata, margine sæpius aspera. Flores lactei, copiosi. Paniculæ terminales, trichotomæ. Fructus granulatus.

Variat foliis ferè linearibus.

5. *GALIUM* foliis senis lanceolatis retrorsum fer-*uligino-*
rato-aculeatis mucronatis rigidis, corollis fruc-*sum.*
tu majoribus.

Galium uliginosum. *Sp. Pl.* 153. *Huds.* 68.

With. 188. *Relb.* 65. *Sibth.* 58.

Aparine palustris minor Parisiensis, flore albo.

Dill. in Raii Syn. 225.

Rubia quædam minor. *Baub. Hist. v.* 3. 716?

Angl. Rough Marsh Bed-straw.

In aquosis, et pratis humidis.

Perennis. Fl. Augusto.

Caules ramosi, debiles, scabri. Folia sena, variè patentia, lanceolata, basi attenuata, apice aristata, margine
carinæque

carinâque retrorsum aculeata. Pedunculi terminales, sæpius terni, glabri, bifidi vel trifidi. Flores albi. Fructus lævis, parvus.

Folia prope marginem sæpè aculeis antrorsum porrectis, simplici serie digestis, aspera sunt, dum ipse margo semper retrorsum aculeatus invenitur.

erectum. 6. **GALIUM** foliis suboctonis lanceolatis antrorsum aculeato-ferrulatis mucronatis, paniculis trichotomis, caule læviusculo flaccido.

Galium erectum. *Huds.* 68. *With.* 189. *Dicks.* *H. Sicc. fasc.* 17. 2.

Angl. Upright Marsh Bed-straw.

In pratis et pascuis subhumidis.

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Caules ramosissimi, flaccidi, erectiusculi, angulis subinde scabriusculi, sæpius omninò læves, apice paniculati, multiflori. Folia sena, septena vel octona, elliptico-lanceolata, aristata, glabra, margine aculeato-ferrulata. Paniculæ terminales et laterales, trichotomæ, foliolosæ, multifloræ. Corolla albâ, acuminata. Fructus lævis, parvus.

Galium austriacum, a Jacquino missum, omninò diversum est, foliis linearibus, duplò longioribus, margine proculdubiò lævibus.

tricorne. 7. **GALIUM** foliis suboctonis lanceolatis margine, cauleque, retrorsum aculeatis, pedunculis axillaribus trifloris, fructu granulato nutante.

Galium tricorne. *With. ed.* 2. 153.

G. spurium. *Huds.* 68. *With.* 190. *Relb.* 65. *Sibth.* 59.

G. n. 725. *Hall. Hist.* v. 1. 319.

Valantia Aparine. *Mart. Fl. Rust.* t. 122.

Aparine femine læviore. *Raii Syn.* 225.

A. femine lævi. *Vaill. Paris.* t. 4. f. 3. a. a.

A. foliis brevioribus et femine læviore. *Morif. sect.* 9. 332.

Angl.

Angl. Corn Bed-straw. Three-flowered Goose-grass.

In arvis, haud frequens.

In the isle of Thanet, in Surrey and near Stamford.

Huds. Oxfordshire. *Morif.* and *Sibth.* Yorkshire. *Mr. Woodward.* Gloucestershire. *Rev. Mr. Swayne.* Near Barton, Norfolk. *Mr. D. Turner.*

Annua. Fl. Julio.

Radix parva. Caulis simplicissimus, foliosus, tetragonus, angulis retrorsum scaber. Folia plerumque octona, patentia, lanceolata, mucronata, margine, subinde carinâ, retrorsum cartilagineo-ferrata. Pedunculi axillares, folitarii, alterni, longitudine vix foliorum, quadranguli, angulis asperis, apice trifidi, triflori, plerumque diphylli. Flores parvi, albidî, rarius omnes fertiles. Pedunculi fructiferi arcuato-reflexi. Fructus majusculus, granulatus, vel tuberculis parvis asperatus, nec hispidus.

A Valantiâ Aparine Linnæi (Aparine femine Coriandri Parkinsonii. *Vaill. t. 4. f. 3. b.*) abundè differt foliis retrorsum ferratis, nec antrorsum margine scabris, fructusque tuberculis longè minoribus. Galium spurium *Herb. Linn.* etiam, ni fallor, a nostrâ plantâ discrepat, foliis tantum senis, pedunculis fructiferis erecto-patentibus folio duplò longioribus, fructu lævi vix granulato vel exasperato.

8. GALIUM foliis octonis lineari-lanceolatis mucronatis integerrimis subpubescentibus, pedunculis dichotomis, fructu lævissimo. *pusillum.*

Galium pusillum. *Sp. Pl.* 154. *Huds.* 69.

Witb. 188. *Engl. Bot. t.* 74.

G. scabrum. *Jacq. Fl. Austr. t.* 422.

G. album supinum multicaule. *Dill. in Raii Syn.* 224?

Angl. Least Mountain Bed-straw.

In montosis calcareis.

Near Kendal. *Huds.* At Matlock-bath, Derbyshire, in great plenty.

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Caules plurimi, spithamæi, ramosi, quadranguli, sæpiùs pilis patentibus brevibus hispidi, interdum glabri; basi decumbentes. Folia plerumque octona, lineari-lanceolata, mucronata, integerrima, subrevoluta, sæpiùs pilis brevibus scabra; superiora omninò glabra; infima parva, imbricata, fœna, obovata. Pedunculi paniculati, dichotomi. Corolla alba, mutica. Fructus omninò lævis et glaber, stylo persistente, semibifido, coronatus.

verum. 9. **GALIUM** foliis octonis linearibus fulcatis integerrimis scabris, floribus paniculatis congestis.

Galium verum. *Sp. Pl.* 155. *Huds.* 69. *With.* 191.

Relb. 66. *Sibth.* 59. *Curt. Lond. fasc.* 6. t. 13.

Mart. Fl. Rust. t. 54. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 17. 4.

Gallium. *Fuchs. Hist.* 196.

G. luteum. *Raii Syn.* 224. *Ger. em.* 1126.

Angl. Yellow Bed-straw. Cheese-rennet.

In collibus, dumetis, et ad agrorum margines:

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Radix repens, fulva. Caules erectiusculi, sesquipedales, basi ramosi. Folia linearia, mucronata, subreflexa, integerrima, supra scabra. Panicula ramosissima, ramulis coarctatis, corymbosis, multifloris. Flores aurei, odore melleo. Antherae defloratæ fusca. Fructus lævis.

Mollugo. 10. **GALIUM** foliis octonis ellipticis obtusiusculis mucronatis margine scabris, floribus paniculatis divaricatis.

Galium Mollugo. *Sp. Pl.* 155. *Huds.* 68.

With. 189. *Relb.* 67. *Sibth.* 59. *Fl. Dan.* t. 455.

Mollugo vulgati. *Raii Syn.* 223.

Rubia

Rubia sylvestris. *Ger. em.* 1118. *Fuchf. Hist.* 281.

β. *Galium scabrum.* *With.* 190. nec Jacq. Ex ipso *Witheringio* accepi.

Angl. Great Hedge Bed-straw.

In sepibus et dumetis.

β. Hedge-row in a marly soil, on the side of the Red-house lane near Worcester. *Dr. Stokes.* *With.*

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Caules 2—4-pedales, flaccidi, læviusculi, supra genicula incrassati. Folia elliptico-lanceolata, subinde obovata, mucronulata, plerumque glabra, margine (in nostris ut et *Linnaëanis*) ferrulato-scabra. Panicula ramosissima, dichotoma, spatiosa, multiflora. Flores albi.

Folia ut et caulis in β piloso-scabra.

11. *GALIUM* foliis subsenis lanceolatis mucronatis margine, cauleque, scabris, pedunculis bifidis, fructu granulato. *anglicum.*

Galium anglicum. *Huds.* 69. *With.* 191. *Engl. Bot. t.* 384.

G. parisiense. *Relb.* 67.

Aparine minima. *Raii Syn.* 225. t. 9. f. 1.

Angl. Wall Bed-straw.

In muris, et arenosis aridis.

In Kent. *Huds.* Binham Priory, Norfolk. *Mr.*

Crowe. Carrow Abbey near Norwich. *Mr.*

Pitchford. At Mildenhall, Suffolk. *Rev. C.*

Sutton.

Annua. Fl. Junio, Julio.

Radix fibrosa, parva. Caules palmares, vel spithamæi, ramosi, curvi, retrorsum scabri. Folia sena vel septena, parva, deflexa, lanceolata, margine ferrulato-scabra, interdum supra exasperata. Rami floriferi alterni, subdichotomi, pauciflori. Flores luteo-virescentes. Fructus granulato-scabriusculus.

A *G. parisiensi* Linn. vix differt, nisi floribus luteo-virescentibus nec atro-purpureis, fructu granulato nec fetis hispido; fortè mera varietas est.

* * *Fructu hispido.*

boreale. 12. **GALIUM** foliis quaternis lanceolatis trinervi-
bus glabris, caule erecto, fructibus hispidis.

Galium boreale. *Sp. Pl.* 156. *Huds.* 70.

With. 192. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 3. 5. *Engl.*

Bot. t. 105. *Fl. Dan. t.* 1024.

Mollugo montana erecta quadrifolia. *Raii Syn.*
224.

Angl. Cross-leaved Bed-straw.

In petrosis subalpinis.

In the mountainous parts of the north of England,
as well as Wales and Scotland, not unfrequent.
Just above Kirkby-Lonsdale bridge plentifully.

Perennis. *Fl.* Julio.

Radix repens, ramosa, rubro-fusca. Caules sesquipedales, erecti, scabriusculi. Folia quaterna, inæqualia, ovato-lanceolata, obtusa, mutica, integerrima, trinervia, margine præcipuè scabra. Panicula trichotoma. Pedunculi subcorymbosi. Flores lactei. Fructus fetis albis muricatus.

Aparine. 13. **GALIUM** foliis octonis lanceolatis carinatis
scabris retrorsum aculeatis, caule flaccido,
fructibus hispidis.

Galium Aparine. *Sp. Pl.* 157. *Huds.* 70.

With. 192. *Relb.* 67. *Sibth.* 60. *Curt.*

Lond. fasc. 2. *t.* 9. *Mart. Fl. Rust. t.* 104.

Fl. Dan. t. 495. *Woodv. Suppl. t.* 269.

Dicks. H. Sicc. fasc. 17. 3.

Aparine. *Raii Syn.* 225. *Ger. em.* 1122.

Angl. Goose-grass, or Cleavers.

Ad sepes vulgaris.

Annua.

Annua. Fl. Maio, Augusto.

Radix fibrosa. Caulis tripedalis, flaccidus, fragilis, ramosus, retrorsum scaber. Folia obovato-lanceolata, mucronata, integerrima, scabra, margine carinâque retrorsum aculeata. Pedunculi axillares et terminales, simplices vel bifidi, scabri. Flores parvi, albidii. Fructus magnus, fetis uncinatis hispidus.

56. RUBIA. *G. Pl.* 52. *Juss.* 197.

Cor. monopetala, campanulata, supera. *Baccæ peregrina.*
duæ, monospermæ.

1. RUBIA foliis subquaternis ellipticis suprà nitidis lævibus, floribus quinquefidis.

Rubia peregrina. *Sp. Pl.* 158. *Huds.* 65. *Cul-*
lum. 56.

R. anglica. *Huds. ed.* 1. 54.

R. tinctorum. *With.* 193.

R. sylvestris aspera, quæ *sylvestris Dioscoridis.*

Raii Syn. 223. *ed.* 1. 317. *Morif. sect.* 9. *t.* 21.
f. 2.

Angl. Wild Madder. *Petiv. Herb.* *t.* 30. *f.* 3.

In dumetis et ad sepes anguli Britanniae australioris.

On St. Vincent's rock, and in Devonshire. *Ray.*

In Cornwall. *F. Borone.* On Tunbridge rocks.

Rev. Dr. Goodenough. At Chepstow.

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Radix rubra. Caulis ramosus, diffusus, angulis asper, perennis. Folia quaterna, rarius sena, perennantia, elliptica, acuminata, nitida, lævia, nervo utrinque, margineque, denticulato-asperrima. Paniculae dichotomæ, terminales. Flores flavescentes, semper quinquefidi, pentandri, atque calyce orbatii, optimè monente *Cl. Swayneo* apud *Witheringium.*

Rubia Halleri n. 708. ab amicissimo *Davallio* missa, est omninò *R. tinctorum* *Linnæi*, cui folia ovato-lanceolata supra scabra sunt, flores sæpiùs, nec semper, quadrifidi, calyce etiam destituti.

57. EXACUM. *G. Pl.* 57. *Juss.* 142. *Gærtn.*
t. 114.

Cal. quadrifidus. *Cor.* hypocrateriformis, tubo
ventricoso. *Caps.* bisulca, bilocularis, poly-
sperma, apice dehiscens. *Stigma* capitatum.

filiforme. 1. EXACUM foliis sessilibus, caule filiformi di-
chotomo, pedunculis elongatis.

Exacum filiforme. *Engl. Bot.* t. 235. *Witb.* 194.

Gentiana filiformis. *Sp. Pl.* 335. *Huds.* 103.
Fl. Dan. t. 324.

Centaureum palustre luteum minimum nostras,
Raii Syn. 235. *Vaill. Paris.* t. 6. f. 3.

Angl. Least Gentianella.

In palustribus spongiosis vel arenosis.

In Dorsetshire. *Dr. Pulteney.* Cornwall and De-
vonshire. *Mr. Stackhouse.* On Wareham com-
mon, by the sides of the road as you go to Corfe
Castle. *Rev. Dr. Goodenough.*

Annua. Fl. Julio.

Radix fibrosa. *Herba lævis, amara.* *Caulis* dichotomus,
tenellus, vix triuncialis, teretiusculus, basi præcipuè
foliosus. *Folia* opposita, sessilia, spatulato-lanceolata,
integerrima. *Pedunculi* longissimi, tetragoni, uniflori,
erecti. *Flores* aurei, non nisi soli meridiano expansi.
Laciniae calycis acutæ, margine membranaceæ. *Sta-*
mina parùm inæqualia, fauci corollæ inserta, incurva.
Stigma capitatum, vix emarginatum.

58. PLANTAGO. *G. Pl.* 57. *Juss.* 90. *Gærtn.*
t. 51.

Cal. quadrifidus. *Cor.* quadrifida, infera; limbo
reflexo. *Stam.* longissima. *Caps.* bilocularis,
circumscissa.

major. 1. PLANTAGO foliis ovatis glabrinsculis petiolo
brevioribus, scapo tereti, spica floribus imbrici-
cata, seminibus plurimis.

Plantago

Plantago major. *Sp. Pl.* 163. *Huds.* 63.
With. 195. *Relb.* 61. *Sibth.* 56. *Curt.*
Lond. fasc. 2. t. 11. *Fl. Dan.* t. 461. *Dreves.*
Bilderb. t. 25.

P. latifolia vulgaris. *Raii Syn.* 314.

P. latifolia. *Ger. em.* 419.

P. rubea. *Brunf. Herb.* v. 1. 25.

β. *P. latifolia glabra minor.* *Dill. in Raii Syn.* 314.
Huds. 63. *With.* 195. var. 1.

γ. *P. major, paniculâ sparsâ.* *Raii Syn.* 314.
Huds. 63. *With.* 195. var. 5.

P. panniculis sparsis. *Ger. em.* 420.

δ. *P. rosea spicata.* *Ger. em.* 420.
Huds. 63 δ. *With.* 195. var. 4.
Angl. Greater Plantain.

In pratis, pascuis, et ad vias ubique.

Perennis. Fl. totâ æstate.

Folia longiùs petiolata, ovata, sæpè subdentata, 7—9 nervia, glabriuscula. Spica longissima, linearis, multiflora, arcuè imbricata. Semina, monente Curtifio, plurima.

Folia in β trinervia, spica brevior, pauciflora. γ spica paniculata, abortiva, foliolosa. δ spica abortiva, e foliolis composita, vel rosaceè expansis, vel in pyramidem imbricatis.

2. *PLANTAGO* foliis ovatis pubescentibus petiolo longioribus, scapo tereti, spicâ cylindricâ, seminibus solitariis. *media.*

Plantago media. *Sp. Pl.* 163. *Huds.* 63.
With. 196. *Relb.* 61. *Sibth.* 56. *Curt.*
Lond. fasc. 4. t. 14. *Fl. Dan.* t. 581.

P. major incana. *Raii Syn.* 314.

P. incana. *Ger. em.* 419.

P. major. *Brunf. Herb.* v. 1. 23.
Angl. Hoary Plantain.

In pratis et pascuis solo calcareo vel glareoso passim.

Perennis. Fl. totâ æstate.

Folia pubescentia, minùs obtusa, plerumque 5-nervia, depressa, petiolis dilatatis, brevissimis. Spica brevis, densa, staminibus dilutè purpureis, antheris albis.

lanceolata. 3. **PLANTAGO** foliis lanceolatis utrinque acutis, spicâ ovatâ nudâ, scapo angulato.

Plantago lanceolata. *Sp. Pl.* 164. *Huds.* 64.

With. 196. *Relb.* 62. *Sibth.* 56. *Curt.*

Lond. fasc. 2. t. 10. Mart. Fl. Rust. t. 67.

Fl. Dan. t. 437. Engl. Bot. t. 507.

P. quinquenervia. *Ger. em.* 422. *Raii Syn.* 314.

P. minor. *Brunf. Herb. v. 1. 24.*

Angl. Ribwort Plantain.

In pratis et pascuis vulgaris.

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Folia elongata, erecta, 3—5-nervia, saturatè viridia.

Spica ovata, brevis, albo nigroque varia. Variat spicâ foliolis obvallatâ. *D. Woodward.* Quandoque paniculata, vel rosacea, modo *P. majoris* evadit.

maritima. 4. **PLANTAGO** foliis linearibus subintegerrimis canaliculatis basi lanatis, spicâ cylindricâ, scapo tereti.

Plantago maritima. *Sp. Pl.* 165. *Huds.* 64.

With. 197. *Relb. Suppl. 2. 9. Engl. Bot.*

t. 175. Fl. Dan. t. 243. Lightf. 118.

P. marina. *Raii Syn.* 315.

P. an alpina angustifolia J. B. ? Raii Syn. 315.

P. montana. *Huds. ed. 1. 53.*

Coronopus. *Ger. em.* 425.

β. *Plantago Loefflingii.* *Huds. ed. 1. 52. nec Linn.*

P. marina. *Ger. em.* 423.

Angl. Sea Plantain.

In maritimis limosis, etiam in fissuris rupium alpinarum.

Perennis. Fl. Augusto.

Magnitudine insigniter variat. Folia canaliculata, ecarinata, sæpius integerrima, subinde irregulariter dentata, præcipuè in maritimis.

5. PLANTAGO foliis linearibus pinnato-dentatis, scapo tereti. *Coronopus.*

Plantago Coronopus. *Sp. Pl.* 166. *Huds.* 64.

With. 198. *Sibth.* 56. *Fl. Dan.* t. 272.

P. foliis laciniatis, Coronopus dicta. *Raii Syn.* 315.

Cornu Cervinum. *Ger. em.* 427.

- β. *Plantago gramineo folio hirsuto, minor, capitulo rotundo brevi.* *Dill. in Raii Syn.* 316.

Angl. Bucks-horn Plantain. Star of the Earth.

In arenosis, glareosis, et maritimis passim.

- β. In Portland Island. *Mr. Yalden.*

Annua. Fl. totâ æstate.

Folia stellatim depressa, pilosa, pinnatifida, subinde bipinnatifida, in β ferè integra. Scapi adscendentes, teretes. Spica cylindrica, uncialis, in arenosis quandoque brevissima, pauciflora, et ferè capitata. Antheræ, monente Witheringio, membranâ lanceolatâ terminatæ. Distinctissima a *P. Loeftingii*.

59. CENTUNCULUS. *G. Pl.* 58. *Juss.* 95. *Gærtn.* t. 50.

Cal. quadrifidus. *Cor.* quadrifida, infera, tubulosa, limbo patente. *Stam.* brevia, nuda.

Capf. unilocularis, circumscissa, polysperma.

- I. CENTUNCULUS.

minimus.

Centunculus minimus. *Sp. Pl.* 169. *Huds.* 63.

With. 198. *Abbot.* 30. *Curt. Lond. fasc.* 3.

t. 11. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 7. 2. *Fl. Dan.*

t. 177. *Engl. Bot.* t. 531.

Centunculus. *Dill. in Raii Syn.* 1. *Dill. Giff.* 161.

app. 111. t. 5.

Anagallis,

Anagallis, quæ Alfine palustris minima, flosculis albis, fructu Coriandri exiguo. *Mentz. Pugill. t. 7. Vaill. Paris. t. 4. f. 2.*

Anagallidastrum exiguum, foliis lanceolatis, alternis, flore albo, fugaci, et vix conspicuo. *Mich. Gen. 14. t. 18. f. 2.*

Angl. Bastard Pimpernel. Small Chaff-weed.

In uliginosis, vel ericetis inundatis, rariùs.

On Hounslow Heath. *Sir William Watson.* Near Hampton Court. *Hudson.* Ashford Common. *Curtis.* Iwer Heath in abundance, *Rev. Dr. Goodenough.*

Annua. Fl. Junio, Julio.

Radix fibrosa. Caulis basi parùm ramosus, adscendens, uncialis vel biuncialis, foliosus, subangulatus, glaber. Folia alterna, sessilia, patentia, ovata, integerrima, glabra. Flores solitarii, axillares, sessiles, albi vel rubicundi, fugaces, ardentissimis diei horis expansi. Corolla regularis, persistens. Capsula globosa, stylo mucronata, glabra.

60. SANGUISORBA. *G. Pl. 58. Juss. 336.*

Cal. quadrifidus. *Germen* inter calycem corollamque. *Semen* unicum.

officinalis. 1. SANGUISORBA spicis ovatis.

Sanguisorba officinalis. *Sp. Pl. 169. Hudson. 65. With. 199. Relb. 63. Sibth. 57. Abbot. 31. Mart. Fl. Rust. t. 142. Fl. Dan. t. 97.*

S. major flore spadiceo. *Raii Syn. 203.*

Pimpinella sylvestris. *Ger. em. 1045.*

Angl. Great Burnet.

In pratis et pascuis calcareis humidiusculis Angliæ borealis.

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Folia impari-pinnata, foliolis cordatis, acutè erenatis, glabris,

glabris. Caulis bipedalis, erectus, nudiusculus, ramosus. Spicæ ellipticæ, obtusæ, atro-sanguinæ, floribus superioribus primùm expansis. Corolla extus basi pilosa. Germen tunicâ glabrâ, e basi corollæ ortâ, arctè investitur.

61. EPIMEDIUM. *G. Pl.* 59. *Juss.* 287.

Petala 4. *Nectaria* 4, faccata, petalis incumbentia. *Cal.* petalis oppositus, caducus. *Siliqua* supera, unilocularis, polysperma,

1. EPIMEDIUM.

alpinum.

Epimedium alpinum. *Sp. Pl.* 171. *Cullum.* 60.

With. 199. *Engl. Bot. t.* 438. *Ait. Hort.*

Kew. v. 1. 157. *Allion. Ped. v. 1.* 238.

Epimedium. *Ger. em.* 480. *Lind. Alsat.* 136. *t. 6.*

Angl. Barren-wort.

In dumetis alpinis.

On Carrock Fell, Cumberland. *Mr. Thomas Hutton.* Bingley woods, Yorkshire. *Dr. Richardson.*

Perennis. Fl. Maio.

Radix repens. Caulis nullus. Folium erectum, solitarium, irregulariter ternato-supradecompositum, floriferum. Foliola petiolata, opposita, cordata, dependentia, acuta, ferrata, glabra, submembranacea, lætè virentia, subtus glauca. Petioli teretes, glabri. Panicula e geniculo medium versus petioli communis orta, erecta, parùm ramosa, pedunculis alternis, rubentibus, pilosis, pilis viscidis. Flores nutantes. Calyx tetraphyllus, virens, adhuc inaperto flore caducus. Petala ovata, æqualia, concava, atro-sanguinea. Nectaria flavo-hyalina, obtusa. Antheræ filamentis longitudinaliter adnatæ, operculatæ, ut in *Leontice* et *Lauro*. Germen ovatum, superum. Siliqua bivalvis, polysperma.

62. CORNUS. *G. Pl.* 59. *Juss.* 214. *Gærtn. t.* 26.

Cal. quadridentatus. *Petala* 4. *Drupa* infera, nuce biloculari,

1. COR-

fanguinea. 1. CORNUS ramis rectis, foliis ovatis utrinque viridibus, cymis nudis planis.

Cornus sanguinea. *Sp. Pl.* 171. *Huds.* 70.

With. 200. *Relb.* 68. *Sibth.* 61. *Engl. Bot.*

t. 249. *L'Herit. Corn.* 5. *Fl. Dan. t.* 481.

C. fœmina. *Raii Syn.* 460. *Ger. em.* 1467.

Angl. Wild Cornel-tree. Dog-wood.

In fylvis et sepibus.

Frutex. Fl. Junio.

Lignum durum. Rami oppositi, teretes, fanguinei. Folia opposita, petiolata, ovata, integerrima, venosa, glabra, opaca, utrinque viridia, subtus pallidiora, decidua, fero autumn rubescentia. Flores albid, graveolentes. Drupæ globosæ, atro-purpureæ, amaræ, nauscosæ.

Succica. 2. CORNUS herbacea, ramis binatis, umbellâ axillari pedunculatâ involucreatâ, foliorum nervis omnibus subdistingtis.

Cornus Succica. *Sp. Pl.* 171. *With.* 200.

Engl. Bot. t. 310. *Fl. Dan. t.* 5. *Linn. Fl.*

Lapp. t. 5. f. 3. *Lightf.* 119. *Pennant. Tour in Scotl. t.* 39.

C. herbacea. *Huds.* 71.

C. pumila herbacea, Chamæpericlymenum dicta.

Dill. Elth. t. 91.

Chamæpericlymenum. *Raii Syn.* 261. *Ger.*

em. 1296. *Park.* 1461.

Angl. Dwarf Cornel.

In pratis alpinis.

On the Cheviot hills, and in some parts of Yorkshire; also on the mountains of Scotland.

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Radix repens. Caules herbacei, spithamæi, foliosi, erecti, quadranguli, apice bifidi. Umbella interranea, pedunculata, erecta, simplex, involucro tetraphyllo, albo vel rubicundo, persistente, demum viridescente et ampliato.

pliato. Flores parvi, atro-purpurei, brevius pedicellati. Drupæ globosæ, rubræ, subdulces. Folia ovata, opposita, sessilia, nervis omnibus e basi ferè ortis, nec, ut in Corno canadensi, costâ centrali ramos multifariam exferenti, monente amicissimo Salisburio.

63. PARIETARIA. *G. Pl.* 544. *Juss.* 404.
Gærtn. t. 119.

Cal. quadrifidus, inferus. *Cor.* nulla. *Stamina* elastica. *Semen* 1, calyce elongato tectum. Flores aliquot foeminei, calyce immutato.

1. PARIETARIA foliis lanceolato-ovatis basi *officina-*
uninervibus, involucris laciniis ovatis, caule *lis.*
erectiusculo.

Parietaria officinalis. Sp. Pl. 1492. *Huds.* 442.

With. 201. *Relb.* 378. *Sibth.* 62. *Curt.*

Lond. fasc. 4. *t.* 63. *Fl. Dan. t.* 521.

Parietaria. Ger. em. 331. *Raii Syn.* 158.

Parietaria, herba. Pharmac. Lond.

Angl. Pellitory of the wall.

In ruderatis et muris.

Perennis. Fl. Junio ad Septembrem.

Caulis ramosus, patens, rubens, nitidus, foliosus. Folia elliptico-lanceolata, obliqua, acuminata, subtus pallida, nervis lateralibus non in petiolum decurrentibus, sed longè supra basin e costâ centrali enatis, quâ notâ e *P. judaicâ* et *indicâ* dignoscitur. Involucrum septemfidum, triflorum, floribus omnibus fertilibus, centrali foemineo. Frigoris impatiens herba.

64. ALCHEMILLA. *G. Pl.* 64. *Juss.* 337.
Gærtn. t. 73.

Cal. octofidus, laciniis alternis minoribus, inferus. *Cor.* nulla. *Semen* 1, nudum.

1. ALCHEMILLA foliis plicatis lobatis. *vulgaris.*

Alchemilla vulgaris. Sp. Pl. 178. *Huds.* 71.

With.

With. 204. *Relb.* 68. *Sibth.* 61. *Fl. Dart.*
t. 693. *Abbot.* 36. *t.* 1. *Engl. Bot. t.* 597.
 Alchemilla. *Ger. em.* 949. *Raii Syn.* 158.
 Stellaria. *Camer. Epit.* 908.
 β . *A. minor.* *Huds. ed.* 1. 59.
A. alpina pubescens minor. *Pluk. Phyt. t.* 240.
f. 2.
Angl. Common Ladies' Mantle.

In pratis et pascuis submontosis.

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Caules adscendentes, paniculati, floribus confertis. Folia plicata, 7—9-loba, lobis obtusis, crenato-ferratis; caulina minora, subsessilia, stipulis maximis, incisfis. Omnia in β magis sericea atque concinniora.

alpina. 2. **ALCHEMILLA** foliis digitatis ferratis subtus sericeis.

Alchemilla alpina. *Sp. Pl.* 179. *Huds.* 71.
With. 205. *Engl. Bot. t.* 244. *Fl. Dan.*
t. 49. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 15. 2.

A. Alpina pentaphyllos. *Raii Syn.* 158.

Pentaphyllum petrosum, Heptaphyllum Clusii.
Ger. em. 988.

Stellaria argentea. *Camer. Epit.* 909.

Angl. Alpine Ladies' Mantle.

In rupibus alpinis, præcipuè micaccis.

In Cumberland, Westmoreland, North Wales, and the Highlands of Scotland.

Perennis. Fl. Julio.

Folia quinquepartita, lobis apice ferratis, subtus pulcherrimè sericeo-argentea. Caulis paniculatus, erectus. Flores extus sericei.

arvensis. 3. **ALCHEMILLA** foliis planis trilobatis incisfis.
 Alchemilla Aphanes. *Leers.* 54. *Sibth.* 61.
Abbot. 36.

A. n.

A. n. 1569. *Hall. Hist.* v. 2. 262.

Aphanes arvensis. *Sp. Pl.* 179. *Huds.* 72.

Relb. 69. *Witb.* 4. *Fl. Dan.* t. 973.

Percepier Anglorum. *Ger. em.* 1594. *Raii*

Syn. 159.

Angl. Field Ladies' Mantle. *Parfley Piert.*

In arvis, præsertim requietis, sterilibus.

Annua. Fl. totâ æstate.

Caulis ramosissimus, diffusus, foliosus. *Folia* alterna, petiolata, palmato-tripartita, crenata et incisa, pilosa, lineata, plana. *Stipulæ* petiolo adnatæ, incisæ. *Calyx* urceolatus, angulatus, certè octofidus, laciniis alternis minimis. *Semina* quandoque bina.

II. DIGYNIA.

65. BUFFONIA. *G. Pl.* 65. *Juss.* 300.

Gærtn. t. 129.

Cal. tetraphyllus. *Cor.* tetrapetala. *Caps.* unilocularis, disperma.

† 1. BUFFONIA. *Witb.* 205.

Bufonia tenuifolia. *Sp. Pl.* 179. *Huds.* 72. *tenuifolia.*

Alfine polygonoides *tenuifolia*, flosculis ad longitudinem caulis velut in spicam dispositis nostra. *Raii Syn.* 346. *Pluk. Phyt.* t. 75. f. 3.

Herniaria angustissimo gramineo folio erecta.

Magnol. Hort. Monsp. 97. tab. 15.

Polygonum

Polygonum angustissimo gramineo folio erectum. Magnol. Bot. Monsp. 211.

Angl. Slender Buffonia.

In maritimis rariùs.

Near Boston, Lincolnshire. *Ray's Syn.* On Hounslow heath. *Doody.* No other botanist has found it on Hounslow heath; and it is the opinion of Sir Jos. Banks, that *Bupleurum tenuissimum* was carelessly mistaken for it at Boston.

Annua. Fl. Junio.

Caules plurimi, erecti, stricti, foliis vestiti oppositis, subulatis, adpressis, basi membranaceâ connatis. Flores apicem versus caulis, pedunculati, albi. Foliola calycina acuta, margine membranacea. Exemplaria spontanea nondum vidi.

Capfula obovata, feminibus binis, compressis, tuberculatis, basi capfulæ insertis. *Gærtner.*

III. TETRAGYNIA.

66. ILEX. *G. Pl. 67. Juss. 379.*

Cal. 4- vel 5-dentatus. Cor. rotata. Styli nulli.

Bacca tetrasperma.

Flores aliquot masculi, quadrifidi.

Aquifolium.

1. ILEX foliis ovatis acutis spinosis.

Ilex Aquifolium. Sp. Pl. 181. Hudsf. 446.

With. 210. Relb. 382. Sibth. 64. Fl. Dan.

t. 508. Engl. Bot. t. 496.

Agrifolium.

Agrifolium. *Ger. em.* 1338. *Raii Syn.* 466.
β. A. baccis luteis nondum descriptum. *Raii Syn.*
 466.

Angl. Holly-tree. *Hunt. Evel. Sylv. tab. ad*
p. 383.

In sepibus et frutetis.

Arbor. Fl. Maio.

Arbor formosa, longæva, sempervirens, lucida, cortice
 lævi, plumbeo, maceratione glutinoso, ad viscum confi-
 ciendum usitatissimo. Folia rigida, nitida, lobis spino-
 sis; in ramis antiquioribus integra. Flores axillares,
 fasciculati, albi; primordiales sæpius imperfecti, mas-
 culis immixti; posteriores omnes hermaphroditici.
 Baccæ puniceæ, diutius persistentes, quandoque luteæ.

67. POTAMOGETON. *G. Pl.* 67. *Juss.* 19.
Gærtn. t. 84.

Cal. nullus. *Petala* 4. *Stylus* nullus. *Semina* 4.

1. POTAMOGETON foliis superioribus oblongo-natans,
 ovatis petiolatis natantibus.

Potamogeton natans. *Sp. Pl.* 182. *Huds.* 74.

With. 211. *Relb.* 70. *Sibth.* 64. *Fl. Dan.*
t. 1025. *Mill. Illustr. t.* 11.

P. rotundifolium. *Raii Syn.* 148.

P. latifolium. *Ger. em.* 821.

Potamogetum. *Fuchs. Hist.* 651.

Angl. Broad-leaved Pond-weed.

In fluviis et stagnis frequens.

Perennis. Fl. Julio.

Radix e fibris longis simplicibus. Caules longissimi, te-
 retes, foliosi. Folia inferiora submersa, linearia; supe-
 riora natantia, ovali-oblonga, nervosa, longius petiola-
 ta. Stipulæ intrafoliaceæ, lineares, acutæ, petiolo ferè
 æquantes. Pedunculi solitarii, bractea ad basin stipulis
 conformi, simplices, crassi, teretes. Spica simplex, ex
 aquis emersa. Flores fusco-virides.

- perfoliatum.* 2. POTAMOGETON foliis cordatis amplexicaulibus omnibus immerfis.

Potamogeton perfoliatum. *Sp. Pl.* 182. *Huds.* 74.

With. 212. *Relb.* 70. *Sibth.* 65. *Engl.*

Bot. t. 168. *Fl. Dan. t.* 196. *Raii Syn.* 149.

P. tertium Dodonæi. *Ger. em.* 822.

Angl. Perfoliate Pond-weed.

In fluviis, fossis et stagnis frequens.

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Herba tota, præter spicas, immerfa. Caulis alternatim ramosus. Folia pellucida, fragilia, nervosa, glaberrima, cordato-ovata, sessilia, amplexicaulia, omnia ferè uniformia. Spicæ erectæ, solitariae, breves, fuscae. Petala inflexo-conniventia, basi distantia.

- densum.* 3. POTAMOGETON foliis ovatis acuminatis oppositis confertis, caule dichotomo, spicâ quadriflorâ.

Potamogeton densum. *Sp. Pl.* 182. *Huds.* 75.

With. 212. *Relb.* 72. *Sibth.* 65. *Engl. Bot.*

t. 397.

P. seu Fontinalis media lucens. *Raii Syn.* 149.

Baub. Hist. v. 3. 769.

Angl. Close-leaved Pond-weed.

In fossis, stagnis, et rivulis lentè fluentibus.

Perennis. Fl. Junio.

Herba immerfa. Caules dichotomi, densè foliati. Folia opposita, acuta, patentissima. Pedunculi e dichotomiâ caulis, solitarii, recurvi. Spica brevissima, quadriflora, subinde biflora, pallidè virens.

Variat magnitudine pro aquarum profunditate. *D. Good-enough.*

- lucens.* 4. POTAMOGETON foliis ovato-lanceolatis planis in petiolos attenuatis, spicâ multiflorâ coarctatâ.

Pota-

Potamogeton lucens. *Sp. Pl.* 183. *Huds.* 74.
With. 212. *Relb.* 71. *Sibth.* 65. *Engl. Bot.*
t. 376. *Fl. Dan.* *t.* 195.

P. aquis immersum, folio pellucido, lato, ob-
 longo, acuto. *Raii Syn.* 148.

P. longis acutis foliis. *Ger. em.* 822.

β. P. folio angusto, pellucido, ferè gramineo. *Raii*
Syn. 148?

Angl. Shining Pond-weed.

In fossis, fluviis, lacubus et stagnis frequens.

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Herba immersa, spicâ tantum exsertâ.

Variat foliis in petiolum dilatatum decurrentibus ut in
Fl. Dan., vel basi rotundatis, petiolo vix marginato,
 ut in *Engl. Bot.* delineatum videri est. Stipulæ intra-
 foliaceæ, amplexicaules, magnæ, sub pedunculo oppo-
 sitæ. Spica densa, multiflora, fusco-virens.

5. POTAMOGETON foliis lanceolatis alternis *crispum*
 undulatis ferratis.

Potamogeton crispum. *Sp. Pl.* 183. *Huds.* 75.
With. 213. *Relb.* 71. *Sibth.* 65. *Curt. Lond.*
fasc. 5. *t.* 15. *Fl. Dan.* *t.* 927.

P. seu Fontinalis crispa. *Raii Syn.* 149.

Tribulus aquaticus minor, quercus floribus.
Ger. em. 824.

β. Potamogeton ferratum. *Huds.* 75.

Angl. Curled Pond-weed.

In stagnis, vel rivulis lentè fluentibus vulgaris.

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Caulis angulatus. Folia immersa, obtusa, plerumque
 alterna; in β superiora verò opposita. Pedunculi
 emergsi. Spica pauciflora, floribus rubicundis, remo-
 tiusculis.

6. POTAMOGETON folis linearibus obtusis, *compres-*
 saule compresso. *sum.*

Potamogeton compressum. *Sp. Pl.* 183. *Huds.*
75. *With.* 213. *Relb.* 72. *Engl. Bot.*
t. 418. *Fl. Dan. t.* 203.

P. caule compresso, folio graminis canini. *Raii*
Syn. 149.

Angl. Flat-stalked Pond-weed.

In rivulis lentè fluentibus, et fossis.

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Herba immerfa. Caulis flexuosus, compressus. Folia pallidè lætèque virentia, alterna, (sub pedunculo, ut in aliis, opposita,) linearia, angusta, obtusa, integerrima. Stipulæ foliis latiores, complanatæ vel angulato-depressæ, sæpiùs obtusæ, et subinde bifidæ. Pedunculi complanati, emerfi, floribus circiter quatuor vel sex, per paria distantibus.

gramine- 7. POTAMOGETON foliis lineari-lanceolatis
um. alternis sessilibus stipulâ latioribus, caule tereti subdichotomo.

Potamogeton gramineum. *Sp. Pl.* 184. *Huds.*
76. *With.* 214.

P. gramineum latiusculum, foliis et ramificationibus densissimè stipatis. *Dill. in Raii Syn.*
149. *t.* 4. *f.* 3.

Angl. Grassy Pond-weed.

In fossis et fluviis. *In Herb. D. Rose.*

Near Deptford. *Dillenius.*

Perennis. Fl. Julio.

Angl. Sea Bindweed.

In littoribus maritimis arenosis.

Perennis. Fl. Julio.

Radix repens, ut in prioribus. Caules procumbentes,
foliofi, breves, pauciflori. Folia alterna, petiolata, reni-
formia,

formia, subinde cordata et angulata, lævia, subcarnosa. Pedunculi axillares, solitarii, erectiusculi, supernè incrassati, quadranguli, angulis dilatatis, membranaceis, uniflori. Flores magni, erecti, incarnati, plicis longitudinalibus flavidis, foli meridiano expansi, fugaces. Capsula subrotunda. Semina angulata, magna.

90. POLEMONIUM. *G. Pl.* 87. *Juss.* 136.
Gærtn. t. 62.

Cor. quinquepartita. *Stam.* squamis basin corollæ cludentibus inserta. *Stigma* trifidum.
Capsula supera, trilocularis.

*cærule-
um.*

1. POLEMONIUM foliis pinnatis, floribus erectis, calycibus tubo corollæ longioribus.

Polemonium cæruleum. *Sp. Pl.* 230. *Huds.* 89. *With.* 241. *Engl. Bot. t.* 14. *Fl. Dan.* t. 255.

P. vulgare cæruleum. *Raii Syn.* 288.

Valeriana græca. *Ger. em.* 1076.

Angl. Jacob's Ladder. *Greek* Valerian.

In dumetis Angliæ borealis rariùs.

Below Malham Cove, Yorkshire. *Ray.* At the Lover's Leap, Buxton, Mr. Wood; near Bake-well, Mr. Whately; in Gordale, Yorkshire, Mr. Gough. *Withering.*

Perennis. Fl. Junio.

Radix fibrosa. *Herba* glabra. *Caulis* erectus, bipedalis, foliosus, paniculatus. *Folia* alterna, impari-pinnata, multijuga, foliolis elliptico-lanceolatis, integerrimis. *Flores* campanulato-rotati, cærulei, sæpè albi. *Calyx* campanulatus, femiquinquefidus.

91. CAMPANULA. *G. Pl.* 88. *Juss.* 164.
Gærtn. t. 31.

Cor. campanulata, fundo clauso valvis stamini-feris,

feris. *Stigma* trifidum. *Caps.* infera, poris lateralibus dehiscens.

1. CAMPANULA foliis radicalibus reniformibus ; *rotundi-*
caulinis linearibus. *folia.*

Campanula rotundifolia. *Sp. Pl.* 232. *Huds.* 95.

With. 241. *Relb.* 93. *Sibth.* 248. *Curt.*

Lond. fasc. 4. *t.* 21. *Fl. Dan.* *t.* 855. *Raii*

Syn. 277. *Ger. em.* 452.

- β. *C. uniflora.* *Huds. ed.* 1. 81. nec Linn. *Fl.*
Dan. *t.* 189.

C. minor alpina, rotundioribus imis foliis. *Raii*

Syn. 277. *Chis. Hist. lib.* 5. 173.

Angl. Round-leaved Bell-flower.

In ericetis, muris, et ad margines agrorum. β in
rupibus alpinis.

Perennis. *Fl.* Augusto, Septembri.

Radix sublignosa. *Caules* erecti, teretes, glabri, foliosi,
uni- vel multi-flori. *Folia* glabra ; radicalia petiolata,
cordata vel reniformia, ferrata ; caulina sessilia, alterna,
linearia, plerumque integerrima. *Flores* subpaniculati,
tremuli, cærulei, rarius albi. *Dentes calycini* subulati,
integerrimi, horizontaliter patentes ; in β erectiusculi.

2. CAMPANULA foliis strictis : radicalibus lan- *patula.*
ceolato-ovalibus, paniculâ patulâ, calyce den-
ticulato.

Campanula patula. *Sp. Pl.* 232. *Huds.* 95.

With. 242. *Engl. Bot.* *t.* 42. *Fl. Dan.*

t. 373.

C. esculentæ facie, ramis et floribus patulis.

Dill. Hort. Elth. 68. *t.* 5⁸.

C. minor alba, five purpurea. *Ger. em.* 452 ?

Angl. Spreading Bell-flower.

In pascuis et ad sepes rarius.

On the outside of Buddon wood, Leicestershire.

Mr. Woodward. About Worcester, Malvern,
Litchfield,

Litchfield, and near Hagley. *Withering*. Near Holt in the road to Binham, Norfolk. *Rev. R. B. Francis, F.L.S.* At Cobham, Surrey.

Biennis. Fl. Julio, Augusto.

Radix attenuata, alba. Caulis erectus, angulatus, scaber, foliosus, paniculatus. Folia scabriuscula, crenata, elliptico-lanceolata; radicalia obtusa, latiora, petiolata; caulina acuminata, sessilia, alterna. Panicula patentissima. Flores erecti, basi attenuati, dilute violacei. Dentes calycini lanceolati, utrinque basin versus denticulati.

Rapunculus.

3. CAMPANULA foliis undulatis: radicalibus lanceolato-ovalibus, paniculâ coarctatâ.

Campanula Rapunculus. *Sp. Pl.* 232. *Huds.* 95. *With.* 242. *Engl. Bot. t.* 283.

Rapunculus esculentus. *Raii Syn.* 277.

Rapuntium parvum. *Ger. em.* 453.

Rapum sylvestre. *Fuchs. Hist.* 214. *Ic.* 122.

Raponeoli. *Brunf. Herb. v.* 2. 84.

Angl. Rampion Bell-flower.

In aggeribus fossarum, et arvis requietis.

Near Croydon and Esher in Surrey. *Huds.* At Hindlip, Worcestershire. *Stokes.* Enville, Staffordshire. *With.* Near the castle at Old Buckenham, Norfolk. *Mr. Pitchford.*

Biennis. Fl. Julio, Augusto.

Radix fusiformis, alba, dulcis, esculenta. Caulis erectus, virgatus, angulatus, foliosus, scaber, pilis deflexis. Folia alterna, lanceolata, sessilia, scabra, undulata, denticulata, infima subelliptica. Panicula erecta, multiflora, sub-cylindracea, compacta. Pedunculi conferti, longitudine varii, uni- vel multi-flori, erecti. Dentes calycini subulati, vel integerrimi, vel basi denticulati. Flores ventricosi, præcedente minores.

latifolia. 4. CAMPANULA foliis ovato-lanceolatis, caule simpli-

simplicissimo tereti, pedunculis unifloris, fructibus cernuis.

Campanula latifolia. *Sp. Pl.* 233. *Huds.* 96.
With. 243. *Relb. Suppl.* 2. 10. *Abbot.* 48.
Lightf. 141. *Fl. Dan.* t. 85. *Engl. Bot.*
t. 302.

C. maxima foliis latissimis. *Raii Syn.* 276.

Trachelium majus Belgarum, five giganteum.

Ger. em. 448.

Angl. Giant Bell-flower.

In dumetis et sepibus umbrosis.

Not unfrequent in Scotland, and the north of England; more rare in the south. In Suffolk on a clay soil. *Mr. Woodward.* Forehoe wood near Kimberley, Norfolk. *Mr. Rose.* Near Dunstable. *Abbot.*

Perennis. Fl. Augusto.

Radix ramosa, lactescens. *Caulis* erectus, 3- vel 4-pedalis, teretiusculus, vel polygonus, angulis obsolete hispidulus, foliosus, multiflorus. *Folia* ovata, subpetiolata, duplicato-ferrata, scabra. *Pedunculi* axillares, uniflori, vix ac ne vix biflori, erecti; fructiferi deflexi. *Flores* maximi, speciosi, cæruleo-violacei. *Calyx* ferulatus, subciliatus.

5. *CAMPANULA* foliis cordato-lanceolatis, caule *rapuncu-*
ramoso, floribus sparsis secundis nutantibus, *loides.*
calycibus reflexis.

Campanula rapunculoides. *Sp. Pl.* 234.

C. n. 692. *Hall. Hist.* v. 1. 307.

C. repens, flore minore cæruleo. *Bauh. Hist.*
v. 2. 806.

C. hortensis, *Rapunculi* radice repente. *Morif.*

Hist. v. 2. 460. *sect.* 5. t. 3. f. 32.

Angl. Creeping Bell-flower.

In dumetis rarissime.

At Blair in Scotland. *Fenwick Skrimshire, M. D.*
In some woods in Oxfordshire, among yew trees.
Herb. Buddl.

Perennis. Fl. Augusto.

Radix repens. Caulis erectus, supernè ramosus, foliosus, teres, hispidulus, pilis arctè deflexis. Folia cordato-lanceolata, inæqualiter ferrata, scabra; infima petiolata; summa sessilia. Flores racemosi, foliis sensim minutis bracteolati, pedunculati, secundi, nutantes, magnitudine C. Rapunculi, cærulei. Calyx scaber, laciniis lanceolatis, integerrimis, reflexis.

Trachelium.

6. CAMPANULA caule angulato, foliis cordato-lanceolatis acutè ferratis, calycibusque hispidis, pedunculis axillaribus paucifloris.

Campanula Trachelium. *Sp. Pl.* 235. *Huds.* 96.

With. 243. *Relb.* 94. *Sibth.* 80. *Engl. Bot.* t. 12. *Fl. Dan.* t. 1026.

C. vulgatiore foliis Urticæ, vel major et asperior.
Raii Syn. 276.

Trachelium majus. *Ger. em.* 448.

Angl. Nettle-leaved Bell-flower.

In nemorosis, dumetis et sepibus.

Perennis. Fl. Julio.

Caulis angulato-teres, angulis subulatis, strictus, hispidus, foliosus. Folia petiolata, ovato-lanceolata; infima cordata; omnia profundè et inæqualiter ferrata, scabra, plerumque fetis pungentibus hispida. Pedunculi axillares, apud nos rariùs triflori, plerumque uniflori. Flores violacei, C. latifoliæ parùm minores. Calyx basi margineque hispidus, quandoque glaber.

glomerata.

7. CAMPANULA caule angulato simplici, floribus sessilibus, capitulo terminali, foliis ovatis crenatis.

Campanula glomerata. *Sp. Pl.* 235. *Huds.* 96.

With.

With. 244. *Relb.* 94. *Sibth.* 80. *Engl. Bot.*
t. 90.

C. pratensis, flore conglomerato. *Raii Syn.* 277.

Trachelium minus. *Ger. em.* 449.

Angl. Clustered Bell-flower.

In campis clatis calcareis.

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Radix lignosa. Caulis pedalis, erectus, simplex, teretiusculus, foliosus, scabriusculus. Folia ovata, crenata, pilosa, subtus pallida; radicalia longius petiolata, atque subcordata; caulina amplexicaulia. Flores omnes ferè terminales, capitati, bracteis ovatis obvallati, violacei, speciosi.

Huc pertinet *Gentiana collina*, *With.* 282. t. 11. f. 8.

8. CAMPANULA caule basi subramoso stricto, *hybrida.*
foliis oblongis crenatis undulatis, corollâ calyce brevior, capsulâ prismaticâ.

Campanula hybrida. *Sp. Pl.* 239. *Huds.* 97.

With. 244. *Relb.* 95. *Sibth.* 81. *Engl. Bot.*
t. 375. *Abbot.* 49.

C. arvensis erecta. *Raii Syn.* 278.

Speculum Veneris minus. *Ger. em.* 439.

Angl. Corn Bell-flower.

In arvis cretaceis.

Annua. Fl. Augusto.

Radix fibrosa, parva. Caulis basi plerumque ramosus, erectiusculus, flexuosus, angulatus, foliosus. Folia alternata, remota, sessilia, oblonga, undulata, subcrenata, margine scabra. Flores terminales, sessiles. Germen elongatum, prismaticum. Corolla violacea, calyce duplò brevior.

C. Speculum vix differt, nisi corollâ majore, cauleque ramosiori.

9. CAMPANULA foliis cordatis quinquelobis *bedera-*
petiolatis glabris, caule laxo. *cea.*

Campa-

Campanula hederacea. *Sp. Pl.* 240. *Huds.* 97.
With. 244. *Dicks. Dr. Plants*, 56. *H. Sicc.*
fasc. 10. 9. *Engl. Bot.* t. 73. *Fl. Dan.*
 t. 330.

C. cymbulariæ foliis. *Raii Syn.* 277. *Ger.*
em. 452.

C. folio hederaceo. *Baub. Hist.* v. 2. 797.
Angl. Ivy-leaved Bell-flower.

In umbrosis humidis.

In Cornwall, Devonshire, Suffex and Wales not uncommon, also in some parts of Yorkshire and Oxfordshire. *Huds. With.* On a bog near High-beech, Epping Forest. *Mr. E. Forster.*

Perennis. Fl. Junio—Augusto.

Radices fibrosæ, parvæ. Caules prostrati, repentes, latè diffusi, graciles, ramosi, glabri, foliosi. Folia opposita vel alterna, petiolata, cordata, angulata, tenera, glabriuscula. Pedunculi sæpiùs terminales, longissimi, solitarii, uniflori. Flores nutantes, pallidè cyanei, fugaces. Capsula parva, hemisphærica.

92. PHYTEUMA. *G. Pl.* 89. *Juss.* 165.
Gærtn. t. 30.

Cor. rotata, quinquepartita; laciniis linearibus.
Stigma bi- five tri-fidum. *Caps.* bi- five tri-
 locularis, infera, lateraliter dehiscentis.

orbicula- 1. PHYTEUMA capitulo subrotundo, foliis cre-
re. natis; radicalibus cordatis.

Phyteuma orbicularis. *Sp. Pl.* 242. *Huds.* 97.
With. 245. *Engl. Bot.* t. 142. *Dicks. H.*
Sicc. fasc. 9. 1. *Jacq. Austr.* t. 437.

Rapunculus corniculatus montanus. *Raii Syn.*
 278. *Ger. em.* 455.

Angl. Round-headed Rampion.

In pascuis et ad vias, solo cretaceo, rariùs.

On

On the downs of Suffex, Hampshire, and Surrey.
Plentiful near Leatherhead.

Perennis. Fl. Augusto.

Radix lignosa. Caulis pedalis, erectus, simplex. Folia crenata, ciliata; radicalia cordato-ovata, petiolata; caulina sessilia, lanceolata, sensim minora. Capitulum terminale, erectum, multiflorum, bracteatum, post florescentiam elongatum. Flores violacei, sessiles, coarctati.

93. JASIONE. *G. Pl.* 455. *Juss.* 166.

Gærtn. t. 30.

Cor. rotata, quinquepartita; laciniis linearibus.

Stigma clavatum, bifidum. *Antheræ* basi connexæ. *Capf.* infera, semibilocularis, apice dehiscens.

I. JASIONE.

montana.

Jasione montana. *Sp. Pl.* 1317. *Huds.* 377.

With. 247. *Relb.* 328. *Sibth.* 85. *Curt. Lond.*

fasc. 4. *t.* 58. *Fl. Dan. t.* 319.

Rapunculus Scabiosæ capitulo cæruleo. *Raii Syn.* 278.

Scabiosa minima hirsuta. *Ger. em.* 723.

Angl. Sheep's-bit. Sheep's Scabious.

In pascuis et ericetis ficcioribus, arenosis, frequens.

Annua. Fl. Junio, Julio.

Radix sublignosa. Caules plurimi, erectiusculi, spithamæi, subinde pedales, teretiusculi, scabri, foliosi, apice subramosi. Folia lineari-oblonga, undulata, scabra; radicalia maxima; caulina alterna. Capitula terminalia, solitaria, erecta, hemisphærica, multiflora, involu-crata, involucri polyphylo, persistente. Flores pedicellati, cærulei. Corolla profundè quinquepartita. Antheræ basi connatæ, apice divergentes. Germen obovatum, calyce quinquesido persistente coronatum. Stylus staminibus longior. Stigma clavatum, emarginatum. Capsula, monente Gærtnero, non perfectè bilocularis, e dissepimentis ad axem fissis, neque receptaculo cen-

trali adnatis; quâ notâ ab omnibus reliquis *Campanulaceis* differt. Genus certè *Phyteumati* proximum, nec nisi fructu vix biloculari, vel antheris basi connexis, levi quidem discrimine, dignoscendum.

94. LOBELIA. *G. Pl.* 456. *Juss.* 165.
Rapuntium. *Gærtn. t.* 30.

Cor. irregularis, suprà longitudinaliter fissâ.
Stigma simplex. *Antheræ* connatæ in tubum.
Capf. infera, bi- five tri-locularis.

Dort- manna. 1. LOBELIA foliis linearibus bilocularibus integerrimis, caule subnudo.

Lobelia Dortmanna. *Sp. Pl.* 1318. *Huds.* 377.
With. 245. *Engl. Bot. t.* 140. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 1. 14. *Lightf.* 505. *t.* 21. *Fl. Dan. t.* 39.

Gladiolus lacustris. *Ger. em.* 105.

G. lacustris Dortmanni. *Raii Syn.* *287.

Angl. Water Lobelia.

In lacubus Angliæ borealis, Cambriæ, et Scotiæ.

In most of the lakes with clear gravelly bottoms in Westmoreland and Cumberland. Near the inn at Bowness on the banks of Wynandermere plentifully.

Perennis. *Fl. Julio.*

Radix e fibris albis, simplicibus. Herba glabra, lactescens. Caulis plerumque solitarius, erectus, simplex, teres, nudiusculus, cavus, aquâ ad medium usque immersus, apice racemosus. Folia omninò immersa, omnia ferè radicalia, linearia, recurva, depressio-teretiuscula, intùs bilocularia, dissépimento longitudinali. Flores remotiusculi, pedicellati, nutantes, cyanei. Bractee solitariæ ad basin pedicellorum, ovatæ, breves. Calyx pentaphyllus, apicem germinis cingens, tubo brevior. Stamina intra fissuram corollæ fursùm exserta, antheris connatis stylum arcè amplectentibus. Stigma staminibus paulò longius, emarginatum. Capsula elliptica, bilocularis.

2. LO-

8. LOBELIA caule erectiusculo, foliis inferioribus *urens*;
obovatis denticulatis; superioribus lanceolatis
ferratis, floribus racemosis.

Lobelia urens. *Sp. Pl.* 1321. *Huds.* 378.

With. 246. *Curt. Lond. fasc.* 6. *t.* 63.

Dicks. H. Sicc. fasc. 16. 9.

Rapunculus galeatus Blæsenfis, seu Solonienfis,
flore violaceo minore. *Morif. Hist. v.* 2. 467.
sect. 5. *t.* 5. *f.* 56.

Rapuntium urens Solonienfe. *Bocc. Sic.* 20.
t. 11.

Angl. Acrid Lobelia.

In ericetis glareosis dumosis Angliæ australioris.

On Shute common between Axminster and Honi-
ton, Devonshire. *Mr. Newberry.* On the slope
of a heath called Kilmington hill, two miles from
Axminster, close to the road; Lord Webb Sey-
mour. *Curtis.*

Perennis. Fl. Augusto, Septembri.

Radix fibrosa. Herba glabra, lactescens, acris. Caulis
erectus, ramosus, foliosus, scabriusculus, obsolete angu-
latus. Folia sparsa, lanceolata, denticulato-ferrata; in-
feriora obovata. Racemi terminales, multiflori. Flores
brevius pedicellati, secundi, bracteis fetaceis, scabris,
solitariis, ad basin pedunculorum. Corolla dilute vio-
lacea. Antheræ pubescentes. Calycis foliola fetacea,
scabra, longitudine tubi.

95. IMPATIENS. *G. Pl.* 458.

Balsamina. *Juss.* 270. *Gærtn. t.* 113.

Cor. pentapetala, irregularis, nectario cucullato.

Antheræ apice connatæ. *Caps.* supera, quin-
quevalvis, elastica. *Cal.* diphyllus.

1. IMPATIENS pedunculis multifloris solitariis, *Noli me*
foliis ovatis, geniculis caulinis tumentibus. *tangere.*

Impatiens Noli me tangere. Sp. Pl. 1329.

Huds. 380. With. 263. Fl. Dan. t. 582.

Balsamine lutea, five Noli me tangere. Raii.

Syn. 316.

Balsamita altera Noli me tangere. Col. Ecpbr.

t. 150.

Perficaria filiquosa. Ger. em. 446.

Angl. Yellow Balsam. Touch me not.

In umbrosis humidis irriguis rariùs.

In several parts of Westmoreland; also in Lancashire, Yorkshire and Wales. Ray. On the banks of Wynandermere, in little brooks and watery places near Rydall-hall, plentifully.

Annua. Fl. Augusto.

Radix fibrosa, parva. Herba succosa, tenerrima, pallida et subpellucida, glabra, ramosissima, ramis alternis. Folia alterna, petiolata, ovata, obtusa, ferrata. Pedunculi axillares, solitarii, racemosi, 3- vel 4-flori. Flores citrini, rubro punctati, elegantes. Calycis foliola æqualia, opposita, concava. Petala maximè inæqualia. Nectarium infundibuliforme, apice recurvo. Capsula oblonga gibbosa, pendula; valvulis elasticè diffilientibus ad semina, vix licet matura, spargenda.

Folia omninò noctu flaccida dependent. Villars Dauph. v. 2. 670.

96. VIOLA. *G. Pl. 457. Juss. 294.*

Gærtn. t. 112.

Cor. pentapetala, irregularis, posticè cornuta.

Anthæræ subcohærentes. Caps. supera, trivalvis, unilocularis. Cal. pentaphyllus, basi productus.

hirta. 1. VIOLA acaulis, foliis cordatis petiolisque pilosis hispidis, calycibus obtusis.

Viola hirta. Sp. Pl. 1324. Huds. 379. With.

260. Relb. 329. Sibth. 83. Curt. Lond. fasc.

fasc. 1. t. 64. Fl. Dan. t. 618. Sym. Syn. 60.

V. martia major, hirsuta, inodora. Morif. Hist. v. 2. 475. sect. 5. t. 35. f. 4. Raii Syn. 365. Angl. Hairy Violet.

In nemorosis et sepibus, solo calcareo, rariùs.

At Marham, Norfolk. *Mr. Crowe.* Near Bury. *Mr. Woodward.* On St. Vincent's rocks, Bristol. *Mr. Dyer.*

Perennis. Fl. Aprili.

Radix sublignosa, fibrosa. Caulis nullus. Stolones breves, horizontales, simplices, cæspitosi, non radican-tes. Folia erectiuscula, longiùs petiolata, cordata, ferrata, venosa, utrinque piloso-hispida. Petioli hispidi, pilis patenti-deflexis, brevibus. Stipulæ lanceolatæ, radicales, dentatæ. Scapi foliis longiores, glabri, nec pilosi, erecti, uniflori, bracteis geminis, subulatis, infra medium positis. Flores nutantes, cærulei, inodori. Calyx glaber. Petala lateralìa lineâ pilosâ supra basin notata. Antheræ membranaceo-dilatatæ, approxi-matæ, vix cohærentes. Capsula pilosa.

2. VIOLA acaulis, stolonibus reptantibus, foliis *odorata.* cordatis petiolisque glabriusculis, calycibus obtusis.

Viola odorata. Sp. Pl. 1324. Hudf. 378. With. 260.

Relb. 329. Sibth. 83. Curt. Lond. fasc. 1. t. 63.

Fl. Dan. t. 309. Sym. Syn. 60. Engl. Bot. t. 619.

V. martia purpurea. Raii Syn. 364.

V. nigra five purpurea. Ger. em. 850.

β. *V. martia alba. Raii Syn. 364.*

V. flore albo. Ger. em. 850.

Viola, flos recens. Pharmac. Lond.

Angl. Sweet Violet.

In nemorosis, sepibus, et aggeribus fossarum.

Perennis. Fl. Martio, Aprili.

R 3

Radix

Radix præcedentis. Caulis nullus. Stolones longissimi, prostrati, radicanes, foliosi, etiam primo anno sæpè floriferi. Folia ut in priore, sed glabra, subtùs levissimè pubescentia. Petioli vel omninò glabri, vel pilis raris hirsutiusculi. Stipulæ binæ, lanceolatæ, dentatæ. Scapi supra medium bracteati, glabri. Flores saturatè purpurei, fragrantés, odore omnibus grato; subinde albi, vel carnei. Cætera ut in præcedente. Has optimè distinxit Curtisius, qui in utrisque flores seriores apetalos invenit.

palustris. 3. VIOLA acaulis, foliis reniformibus glabris, radice repente.

Viola palustris. *Sp. Pl.* 1324. *Huds.* 379. *With.* 261. *Lightf.* 506. *Curt. Lond. fasc.* 3. *t.* 58. *Engl. Bot. t.* 444. *Abbot.* 190. *t.* 3. V. palustris rotundifolia glabra. *Morif. Hist.* v. 2. 475. *sect.* 5. *t.* 35. *f.* 5. *Raii Syn.* 364.

β. V. rubra striata Eboracensis. *Raii Syn.* 365. *Fl. Dan. t.* 83. *Angl. Marsh Violet.*

In paludibus muscosis.

Perennis. Fl. Aprili.

Radix fibrosa, repens. Caulis nullus. Folia cordato-reniformia, crenata, glabra. Petioli semicylindrici, glaberrimi. Stipulæ lato-lanceolatæ, ferrulatæ. Scapi tetragoni, glabri, medium versus bracteati. Flores præcedentibus minores, inodori, pallidè cærulescentes vel carnei, venis saturationibus picti. Stigma urceolatum, suprà gibbosum.

canina. 4. VIOLA caule adultiore adscendente canaliculato, foliis oblongo-cordatis, calycibus acutis.

Viola canina. *Sp. Pl.* 1324. *Huds.* 379. *With.* 261. *Relb.* 329. *Sibth.* 83. *Curt. Lond. fasc.* 2. *t.* 61. *Engl. Bot. t.* 620.

V. canina sylvestris. *Ger. em.* 851.

V. martia

- V. *martia* inodora sylvestris. *Raii Syn.* 364.
 β. V. *canina* flore albo. *Merr. Pin.* 125. *Dill. in Raii Syn.* 364.
 γ. V. *caninae* varietas minor. *Dill. in Raii Syn.* 364.
 t. 24. *f.* 1.
 δ. V. *alpina*. *Huds. ed.* 1. 379.
 V. *martia alpina*, folio tenello circinato. *Raii Syn.* 366.
 Angl. Dog's Violet.

In nemorosis, dumetis, sepibus et ericetis vulgaris.

Perennis. Fl. Aprili, Junio.

Radix sublignosa. Herba primò acaulis est; at caules citò enascuntur, adscendentes, ramosi, foliosi, angulati, hinc canaliculati, glabriusculi. Folia cordato-oblonga, crenata, glabra, petiolis glabris apice subulatis. Stipulae lanceolatae, ferratae, ciliatae. Pedunculi axillares, solitarii, erecti, tetragoni, apicem versus bracteati, bracteis subulatis. Flores caerulei, inodori. Antherae vix cohaerentes. Folia calycis, monente Curtifio, acuta. Stigma gibbosum. Capsula oblonga.

Varietatem alpinam, δ, ex Hudsono mutuatus sum, nec ipse inveni.

5. VIOLA caule adscendente tereti, foliis ovato-lanceolatis, stipulis inciso-ferratis. *laetea.*

Viola *laetea*. *Engl. Bot. t.* 445. *Sym. Syn.* 61.

V. *canina*, var. 3. *With.* 262.

Angl. Cream-coloured Violet.

In ericetis humidis montosis.

On the wolds at Tunbridge. *Mr. T. F. Forster jun.*

At Pendarvis, Cornwall; Mr. Stackhouse. *With.*

Perennis. Fl. Maio.

Radix fibrosa. Caules adscendentes, ramosi, teretes, foliosi, glabri, geniculis radicales. Folia longius petiolata, ovato-oblonga, basi in petiolum decurrentia, crenata, glabra. Stipulae profundè ferratae, saepè inciso-pinnatifidae, ferraturis apice glandulosis, nec setiferis.

Pedunculi elongati, supra medium bracteati, glabri. Bracteæ lanceolatae. Calyx acutus. Corolla caeruleo-albida, vel dilute caerulea, venis purpureis. Antheræ discretæ.

Folia in hortis cordata evadunt, floresque caerulei. Forfitan præcedentis varietas. Videtur distincta a *V. pumila* Villars *Dauph. v. 2. 666.*

tricolor. 6. *VIOLA* caule angulato diffuso, foliis oblongis dentato-crenatis, stipulis lyrato-pinnatifidis.

Viola tricolor. *Sp. Pl.* 1326. *Huds.* 380. *With.* 262. *Relb.* 330. *Curt. Lond. fasc. 1. t. 65.* *Fl. Dan. t. 623.* *Woodv. Suppl. t. 252.* *Sym. Syn.* 61. *Raii Syn.* 365. *Ger. em.* 854.

Garden Pansie. *Pet. Herb. t. 37. f. 8.*

β. *Viola arvensis.* *Sibth.* 84. *Sym. Syn.* 61.

V. bicolor arvensis. *Raii Syn.* 366.

V. tricolor petræa. *Ger. em.* 854.

Corn Pansie. *Pet. H. Brit. t. 37. f. 9.*

Angl. Pansy Violet. Heart's-case.

In arvis.

Annua. Fl. Maio—Septembri.

Radix fibrosa, parva. Caulis ramosus, diffusus, foliosus, angulatus, pubescens; rami erecti. Folia alterna, petiolata, ovato-oblonga, magis vel minus profunde crenata vel ferrata, margine præcipue pubescentia, subinde glabra; inferiora plerumque cordato-subrotunda. Stipulæ pinnatifidæ, laciniâ terminali maximâ, ovatâ vel oblongâ, sæpius crenatâ. Flores axillares, solitarii, longissimè pedunculati, pedunculis striatis, nudis. Petala obcordata, flavo purpureoque varia, calyce plerumque longiora; in β breviora, albida.

lutea. 7. *VIOLA* caule triquetro simplici, foliis ovato-oblongis crenatis ciliatis, stipulis palmato-incisis,

Viola

Viola lutea. *With.* 263. *Sym. Syn.* 61. *Huds.*
ed. 1. 331.

V. grandiflora. *Huds.* 380. *Lightf.* 508.

V. montana lutea grandiflora nstras. *Raii Syn.*
365.

Great Yellow Pansie. *Pet. H. Brit. t.* 37. *f.* 10.
Angl. Yellow Mountain Pansy.

In pascuis montosis.

Very common in the mountainous parts of Wales
and the north of England, as well as in Scotland.

Perennis. Fl. Maio—Septembri.

Radix fibrosa, tenuis. *Caulis* simplex, adscendens, tri-
queter, foliosus, vix pilosus, basi attenuatus et infirmus.
Folia præcedenti simillima, at manifestius ciliata. *Sti-*
pulæ profundè palmato-lobatæ, laciniis oblongis, diva-
ricatis, ciliatis, exterioribus minoribus. *Pedunculi*
longissimi. *Flores* magnitudine *V. tricoloris* majoris,
lutei, basi nigro radiati, quandoque cærulei. *Calyx*
posticè dentatus.

97. VERBASCUM. *G. Pl.* 97. *Juss.* 124.
Gærtn. t. 55.

Cor. rotata, irregularis. *Stam.* declinata, bar-
bata. *Caps.* supera, bilocularis, valvulis in-
flexis, polysperma. *Stigma* simplex.

1. VERBASCUM foliis decurrentibus utrinque *Thapsus*,
tomentosis, caule simplici.

Verbascum Thapsus. *Sp. Pl.* 252. *Huds.* 89.
With. 248. *Relb.* 88. *Sibth.* 77. *Engl.*
Bot. t. 549. *Fl. Dan. t.* 631.

V. mas latifolium luteum. *Raii Syn.* 287.

Thapsus barbatus. *Ger. em.* 773.

β. Var. 2, *Thapso-nigrum.* *With.* 248.

Angl. Great Mullein. High Taper.

In aggeribus et ruderatis, solo calcareo vel glareoso.

Biennis.

Biennis. Fl. Julio, Augusto.

Radix fusiformis. Caulis erectus, simplex, strictus, 3—5 pedalis, foliosus, tomentosus, angulatus, alatus. Folia alterna, decurrentia, oblonga, ferè integerrima, utrinque densissimè lanata, villis albis, ramosissimis, implexis. Spica terminalis, erecta, cylindracea, multiflora. Flores sessiles, coarctati, flavi, rariùs albi. Stamina lutea. Antheræ miniatæ. Stigma clavatum.

β varietas hybrida, sterilis, patre V. nigro, sub oculis D. Edvardi Robson in horto enata, gaudet caule ramoso, foliis superioribus tantùm decurrentibus, staminum villis violaceis. *With.*

Herba mucilaginosà, emolliens, subnarcotica.

Lychnitis. 2. VERBASCUM foliis cuneiformi-oblongis supra denudatis, caule angulato paniculato.

Verbascum Lychnitis. *Sp. Pl.* 253. *Huds.* 90. *With.* 249. *Fl. Dan.* t. 586. *Engl. Bot.* t. 58.

V. flore albo parvo. *Raii Syn.* 287.

V. Lychnite Matthioli. *Ger. em.* 775.

β. V. Thapfi. *Sp. Pl.* 1669.

V. Thapfoides. *Huds.* 90. *With.* 249. *Sym. Syn.* 56.

V. angustifolium ramosum, flore aureo, folio crassiore. *Bauh. Hist.* v. 3. 860.

Angl. White Mullein.

In pascuis et ad vias, solo cretaceo.

Found chiefly in Kent, and there plentifully. In lanes about Dartford very common. At Kinver, Staffordshire. *Dr. Stokes.* β in Kent. *Huds.*

Biennis. Fl. Julio, Augusto.

Caulis erectus, tripedalis, strictus, angulatus, lanatus, foliosus, supernè paniculato-ramosissimus. Folia elliptico-oblonga, subcuneiformia, crenata, subtùs dense lanata, supra denudata, reticulato-venosa; radicalia basi attenuata; caulina ovata, sessilia, nec decurrentia. Paniculae ramì racemosi, multiflori. Flores pedicellati, fasciculati,

*Road near
Farnborough*

fasciculati, lactei, staminibus flavescentibus, antheris croceis.

Varietatem β ex fide Linnæi et Hudsoni assumpsi, nec ipse adhuc vidi.

3. VERBASCUM foliis ovato-oblongis subser-^{pulveru-}
ratis utrinque pulverulentis, caule tereti pa-^{lentum.}
niculato.

Verbascum pulverulentum. *Curt. Cat. Salisb.*
Prod. 104. *Engl. Bot. t.* 487.

V. pulverulentum, flore luteo parvo. *Raii Syn.*
287.

V. Lychnitis β . *Huds.* 90. var. 1. *Wib.* 249.

- β . Var. Nigro-pulverulentum.

Angl. Yellow Hoary Mullein. Norfolk Mullein.

In ruderatis, sepibus, et marginibus agrorum, solo glareoso vel calcareo.

About Norwich every where, and in most parts of Norfolk; also at Bury in Suffolk. At Wollerton near Nottingham. *Ray.*

- β . At Helleston near Norwich frequent.

Biennis. Fl. Julio.

Herba tota tomento pulverulento, facile detergendo, tecta. Caulis erectus, 3—4-pedalis, teres, foliolus, superne paniculatus, pyramidatus, ramosissimus, multiflorus. Folia omnia sessilia, utrinque pulverulenta, obsolete ferrata vel crenata; radicalia elliptico-oblonga, pedalia; caulina ovata, acuminata, ferè amplexicaulia. Inflorescentia præcedentis, sed ramosior, et flores majores, aurei, staminum villo albo, antheris miniatis.

Var. β , e polline V. nigri ut videtur enata, gaudet habitu V. pulverulenti, at foliis magis concinnè crenatis, radicalibus petiolatis, caule petiolisque purpureis, staminum villo violaceo.

4. VERBASCUM foliis oblongo-cordatis petio-^{nigrum.}
latis undulato-crenatis subpubescentibus.

Verbascum nigrum. *Sp. Pl.* 253. *Huds.* 90.
Wib.

With. 250. *Relb.* 88. *Sibth.* 77. *Engl. Bot.* t. 59. *Ger. em.* 775.

V. nigrum flore parvo, apicibus purpureis. *Raii Syn.* 288.

Angl. Dark or Black Mullein.

In glareosis vel calcareis.

Plentiful in Kent, also in the retired grassy lanes so frequent in Norfolk and Suffolk. At Helleston and Costesy near Norwich.

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Caulis strictus, foliosus, angulatus, striatus, purpurascens, subinde pubescens, parum ramosus. Folia radicalia cordata, longè petiolata; caulina cordato-lanceolata, petiolata; summa ferè sessilia; omnia undulato-crenata, vel subserrata, reticulato-venosa, saturatè viridia, vel nuda, vel pubescentia. Spica terminalis, plerumque simplex et solitaria, multiflora, laxiuscula. Flores fasciculati, pedicellati, aurei, staminum villo violaceo, antheris croceis.

virga-
tum.

5. *VERBASCUM* foliis oblongo-lanceolatis dentatis sessilibus; radicalibus sublyratis pubescentibus, caule ramoso, floribus aggregatis subsessilibus.

Verbascum virgatum. *With.* 250. *Sym. Syn.* 56. *Engl. Bot.* t. 550.

Blattaria flore amplo. *Ger. em.* 778.

B. magno flore. *Baub. Hist.* v. 3. 859. *Lob. Ic.* 564.

Angl. Large-flowered Mullein.

In arvis et ad vias.

First found by Mr. Waldron Hill of Worcester, in a field on the south side of a lane leading from Gregory's mill to the turnpike road, near that town. By the side of the turnpike road from Worcester to Ombersley, opposite to the lane leading to Bevere. Cultivated for three years

without any perceptible alteration ; Dr. Stokes.
With.

Biennis. Fl. Augusto.

Caulis erectus, 5- vel 6-pedalis, a basi ramosus, lignosus, foliosus, teres, sed præ foliis decurrentibus ferè angulatus vel alatus. Rami alterni, simplices, elongati, virgati, foliosi, apice racemosi. Folia radicalia facie Primulæ vulgaris, lanceolato-oblonga, rugosa, inæqualiter dentato-crenata, basi pinnatifido-incisa ; supra nitidiuscula, pilis sparsis ; subtus venosa, lanata : caulina oblongo-lanceolata, dentata et incisa, subsessilia ; superiora cordata, dentata, sessilia. Flores fasciculati, subsessiles, flavi, ore purpurascente, maximi. *Stokes.*

6. VERBASCUM foliis amplexicaulibus oblongis *Blattaria.*
glabris serratis, pedunculis unifloris solitariis. *ria.*

Verbascum Blattaria. *Sp. Pl.* 254. *Huds.* 91.

With. 251. *Engl. Bot.* t. 293.

Blattaria lutea. *Raii Syn.* 288.

B. Plinii. *Ger. em.* 776. *Lob. Ic.* 564.

Angl. Moth Mullein.

In glareosis rariùs.

In Devonshire and Cornwall not uncommon. On a bank about three miles from Rochester, near the river Medway. *Mr. Jacob Rayer.*

Annua. Fl. Julio.

Radix fusiformis. Caulis tripedalis, erectus, ramosus, foliosus, angulatus, glaber. Folia obovato-oblonga, duplicato-serrata, glabra, amplexicaulia ; radicalia sublyrata. Racemi terminales, piloso-glandulosi, stricti, multiflori. Flores pedunculati, solitarii, aurei, purpureo lineati, bracteis solitariis ovatis ad basin pedunculorum. Stamina villis purpureis tecta.

98. DATURA. *G. Pl.* 98. *Juss.* 125.

Cor. infundibuliformis, plicata. *Cal.* tubulosus, angulatus, deciduus. *Caps.* supera, bilocularis, quadrivalvis.

* 1. DA-

Stramonium. * 1. DATURA pericarpis spinosis erectis ovatis, foliis ovatis glabris.

Datura Stramonium. *Sp. Pl.* 255. *Huds.* 922. *With.* 251. *Curt. Lond. fasc.* 6. t. 17. *Fl. Dan.* t. 436.

Solanum pomo spinoso oblongo, flore calathoides, *Stramonium* vulgò dictum. *Raii Syn.* 266.

Stramonium spinosum. *Ger. em.* 348.

Angl. Thorn-apple.

In fimetis, ruderatis et ad vias, e rejectamentis hortorum.

By the road side beyond Brook, Norfolk, in the way to Bungay. About London not uncommon.

Annua. Fl. Julio.

Herba lurida, narcotica, foetens, glabra. Caulis ramossissimus, dichotomus, patens, tripedalis, teres, foliosus. Folia e dichotomiâ caulis, petiolata, ovata, acuta, sinuata, basi inæqualia. Flores axillares, solitarii, brevius pedunculati, erecti, albi. Calyx supra basin deciduus. Fructus quadrifurcatus, spinis horridus. Semina reniformia.

99. HYOSCYAMUS. *G. Pl.* 98. *Juss.* 124. *Gærtn.* t. 76.

Cor. infundibuliformis, obtusa, irregularis. *Stam.* inclinata. *Caps.* operculata, bilocularis.

niger. 1. HYOSCYAMUS foliis amplexicaulibus sinuatis, floribus sessilibus.

Hyoscyamus niger. *Sp. Pl.* 257. *Huds.* 92. *With.* 252. *Relb.* 90. *Sibth.* 77. *Ger. em.* 353. *Woodv. Med. Bot.* t. 52. *Engl. Bot.* t. 591. *Dreves. Bilderb.* t. 47.

H. vulgaris. *Raii Syn.* 274.

Hyoscyamus.

Hyoscyamus. Brunf. Herb. 229. Riv. Monop. Irr. t. 102.

Angl. Common Henbane.

In ruderatis, aggeribus et ad vias.

Annua. Fl. Julio.

Radix fusiformis. Herba viscosa, pilosa, foetidissima. Caulis ramosus, teres. Folia alterna, sessilia, oblonga, pinnatifido-finuata. Spicæ terminales, simplices, recurvæ, foliosæ. Flores sessiles, erecti. Calyx urceolatus, margine quinquefidus, reticulato-venosus, persistens. Corolla flava, venis violaceis pulcherrimè picta. Planta tota venenata, narcotica; semina tantum, ex oleo cotyledonum, innoxia.

100. ATROPA. *G. Pl. 99. Juss. 125.*

Gærtn. t. 131.

Cor. campanulata. Stam. distantia. Bacca super, bilocularis.

1. ATROPA caule herbaceo, foliis ovatis integris. *Bella-*
Atropa Belladonna. Sp. Pl. 260. Hudf. 93. donna,
With. 252. Relb. 90. Sibth. 78. Curt. Lond.
fasc. 5. t. 16. Woodv. Med. Bot. t. 1. Jacq.
Austr. t. 309. Engl. Bot. t. 592.

Belladonna. Raii Syn. 265.

Solanum lethale. Ger. em. 340.

Angl. Dwale, or Deadly Nightshade.

In sepibus et ruderatis, præcipuè solo calcareo.

Perennis. Fl. Junio.

Radix carnosa, crassa, repens. Caules herbacei, annui, erecti, tripedales, ramosi, foliosi, teretes, subpubescentes. Folia lateraliter, gemina, magnitudine inæqualia, petiolata, ovata, acuta, integerrima, fordidè viridia, glabriuscula. Pedunculi laterales, subaxillares, solitarii, uniflori, teretes, nutantes. Flores fordidè violacei. Calyx subpubescens, viscosus. Antheræ magnæ, albidæ. Stigma capitatum. Bacca depresso, fulcata,
6 nitida,

nitida, atro-purpurea, polysperma, succo violaceo, subdulci, maximè narcotica et lethalis.

101. SOLANUM. *G. Pl.* 100. *Juss.* 126.

Gærtn. t. 131.

Cor. rotata. *Antheræ* subcoalitæ, apice poro gemino dehiscentes. *Bacca* supera, bilocularis.

Dulcamara. 1. SOLANUM caule inermi frutescente flexuoso, foliis superioribus hastatis, racemis cymosis.

Solanum Dulcamara. *Sp. Pl.* 264. *Huds.* 93.

With. 253. *Relb.* 91. *Sibth.* 78. *Curt.*

Lond. fasc. 1. *t.* 14. *Fl. Dan.* *t.* 607. *Woodv.*

Med. Bot. t. 33. *Engl. Bot. t.* 565.

S. lignosum, seu *Dulcamara*. *Raii Syn.* 265.

Amara duleis. *Ger. em.* 350.

β. *Solanum lignosum*, seu *Dulcamara marina.* *Raii Syn.* 265.

Angl. Woody Nightshade. Bitter-sweet.

In sepibus humidis, et umbrosis.

Frutex. *Fl.* Junio, Julio.

Radix lignosa. *Caulis* fruticosus, scandens, teretiusculus, ramosus. *Folia* alterna, petiolata; inferiora cordata; superiora hastata; omnia integerrima, glabra; "in β hirsuta," *Huds.* *Flores* in racemis vel paniculis cymæformibus, non verè cymosi, oppositifolii et terminales, nutantes, formosi, corollæ laciniis reflexis, violaceis, basi punctis duobus viridibus notatæ. *Antheræ* citrinæ, connatæ. *Bacca* elliptica, rubra, succosa, amara atque venenosa.

nigrum. 2. SOLANUM caule inermi herbaceo, foliis ovatis dentato-angulatis, umbellis lateralibus nutantibus.

Solanum nigrum. *Sp. Pl.* 266. *Huds.* 92.

With. 254. *Relb.* 91. *Sibth.* 78. *Curt.*

Lond. fasc. 2. *t.* 14. *Fl. Dan.* *t.* 460. *Engl.*

Bot. t. 566.

S. vul-

S. vulgare. *Raii Syn.* 265.

S. hortense. *Ger. em.* 339.

Angl. Common or Garden Nightshade.

In ruderalis, cultis, et fimetis.

Annua. Fl. Junio—Septembri.

Radix ramosa. Caulis ramosus, patens, foliosus, aliquando sublignosus, angulatus. Folia petiolata, ovata, basi producta, repanda, subpubescentia. Umbellæ laterales, ex internodiis caulinis, nutantes, paucifloræ, pubescentes. Flores albi, moschati. Baccæ nigræ; subinde, monente Hudsono, lutei. Planta narcotica, diaphoretica et diuretica, sed cautè adhibenda.

102. *CHIRONIA.* *G. Pl.* 101. *Juss.* 142.

Gærtn. t. 114.

Cor. hypocrateriformis. *Stam.* tubo inserta.

Antheræ demum spirales. *Stylus* declinatus.

Pericarpium superum, valvulis inflexis biloculare.

1. *CHIRONIA* caule herbaceo dichotomè paniculato, foliis ovato-lanceolatis, calyce tubo brevioris. *Centaurium*.

Chironia Centaurium. *Curt. Lond. fasc.* 4. *t.* 22.

With. 255. *Sibth.* 75. *Engl. Bot. t.* 417.

Woodv. Med. Bot. t. 157. *Wilden. Sp. v.* 1. 1068.

Gentiana Centaurium. *Sp. Pl.* 332. *Huds.* 102.

Relb. 100. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 7. 3.

Centaurium minus. *Raii Syn.* 286. *Tillands.*

Ic. 27.

C. parvum. *Ger. em.* 547.

Centaureum minus, cacumen. *Pharmac. Lond.*

Angl. Common Centaury.

In pascuis glareosis ficcioribus.

Annua. Fl. Julio, Augusto.

Radix parva, ramosa. Caulis erectus, pedalis, foliosus, quadrangulus, supernè paniculato-dichotomus; rariùs e basi ramosus. Folia opposita, sessilia, elliptico-oblonga, integerrima, trinervia, lævia. Flores e dichotomiâ caulis, sessiles, erecti, foli clariori tantùm expansi. Calyx semi-quinquesidus, laciniis subulatis, erectis, tubo corollæ adnatis, duplòque brevioribus. Corollæ limbus æqualis, patens, roseus, nitidus, laciniis ellipticis, concaviusculis. Stamina declinata. Antheræ ter tortæ. Stigma capitatum, bipartitum. Herba glabra, valdè amara.

Varietatem floribus candidissimis invenit Nobiliss. Marchio de Blandford, Soc. Linn. Soc. Honor.

pulchella. 2. **CHIRONIA** caule herbaceo undique ramosissimo, folijs ovatis, laciniis calycinis subulatis tubo parùm brevioribus.

Chironia pulchella. Swartz. *Act. Holm.* 1783, p. 85. t. 3. f. 8, 9. *With.* 255. *Engl. Bot.* t. 458.

Gentiana Centaurium β. *Sp. Pl.* 333. *With.* 255.

Centaurium minus palustre ramosissimum, flore purpureo. Vaill. *Paris.* 32. t. 6. f. 1.

Angl. Dwarf branched Centaury.

In arenosis maritimis.

At Gorleston, Suffolk. *R. Stone Esq.* On the downs at Port Owen, on the north coast of Cornwall, *J. Watt, Esq.* *With.* Braunston Burrows. *Rev. Dr. Goodenough.*

Annua. Fl. Augusto, Septembri.

Radix parva, ramosa. Caulis ramosissimus, vix biuncialis, dichotomus, quadrangulus, glaber. Folia ovato-elliptica, lævia, tri- vel quinque-nervia. Flores e dichotomiâ caulis, plerumque pedicellati, erecti. Calyx ad basin usque quinquesidus, laciniis subulatis, attenuatis, liberis, longitudine ferè tubi. Corolla gracillima, limbi laciniis elliptico-lanceolatis, roseis. Antheræ semitortæ.

Variat

Variat caule simplici, attenuato, paucifloro, calyce tamen semper dignoscenda.

103. SAMOLUS. *G. Pl.* 89. *Juss.* 97.

Gartn. t. 30.

Cor. hypocrateriformis, quinquefida, squamis interstinctis. *Stamina* tubo inserta, laciniis opposita. *Capf.* semiinfera, unilocularis, quinque-dentatus.

1. SAMOLUS foliis obtusis, racemo multifloro, *Valerandi.*
pedicellis bracteolatis.

Samolus Valerandi. *Sp. Pl.* 243. *Huds.* 94.

With. 246. *Relb.* 92. *Sibth.* 79. *Curt.*

Lond. fasc. 4. t. 20. *Fl. Dan.* t. 198. *Raii*

Syn. 283.

Anagallis aquatica rotundifolia. *Ger. em.* 620.

Angl. Brookweed. *Water Pimpernel.*

In palustribus.

Perennis. *Fl.* Julio.

Radix e fibris longis, subsimplicibus, albis. Herba glabra. Caulis pedalis, erectus, foliosus, teres, apice subramosus. Folia alterna, subsessilia, obovata, obtusa, integerrima; radicalia petiolata, numerosa. Racemi terminales, erecti, multiflori. Pedicelli sæpius gemini, uniflori, erecti, geniculati, bractea ad geniculum solitaria, lanceolata. Flores nivei, parvi. Calyx campanulatus, vix semiquinquefidus. Corollæ tubus cylindricus; limbus patens, laciniis obtusis, æqualibus, squamis lanceolatis. Stamina tubo breviora, inclusa. Stylus brevissimus. Stigma capitatum. Capsula semiinfera, apice dehiscens, quinquevalvis. Semina numerosa, angulata, receptaculo centrali, globoso, inferta.

Genus *Montiæ*, itaque *Portulaceis* *Jussieu*i, affine. Alia species est *Sheffieldia repens* *Forsteri*, monente amicissimo *Dryandro*.

104. LONICERA. *G. Pl.* 93.Caprifolium. *Juss.* 212. *Gærtn. t.* 27.*Cor.* monopetala, irregularis. *Bacca* polysperma, infera.*Caprifolium.*

1. LONICERA floribus ringentibus verticillatis terminalibus, foliis deciduis: summis connatoperfoliatis.

Lonicera Caprifolium. *Sp. Pl.* 246. *Jacq. Austr. t.* 357. *Ait. H. Kew. v.* 1. 230 α .*Periclymenum.* *Matth. Valgr. v.* 2. 321. *Camer. Epit.* 713.*P. perfoliatum.* *Ger. em.* 891.*Angl.* Pale perfoliate Honeyfuckle.

In nemorosis et dumetis.

In a wood near Elsfield, Oxfordshire, plentifully. *Rev. Mr. Butt.* In Chalk-pit close, Hinton, Cambridgeshire, certainly wild; also in another coppice in the same parish. *Rev. Mr. Relban.**Frutex.* Fl. Maio, Junio.*Caulis* lignosus, volubilis. *Rami* suboppositi, teretes, glabri. *Folia* omnia ferè connata, elliptica, obtusa, integerrima, glabra, subtùs glaucescentia; summa connatoperfoliata, suborbiculata, florifera. *Flores* verticillati, patentes, flavescentes, basi rubicundi, suaveolentes. *Baccæ* miniatæ, calyce ferè integerrimo coronatæ.*Periclymenum.*

2. LONICERA capitulis ovatis imbricatis terminalibus, foliis omnibus distinctis deciduis, floribus ringentibus.

Lonicera Periclymenum. *Sp. Pl.* 247. *Huds.* 94. *With.* 246. *Relb.* 93. *Sibth.* 81. *Curt. Lond. fasc.* 1. t. 15. *Fl. Dan. t.* 908. *Ait. Hort. Kew. v.* 1. 231.*Caprifolium Germanicum.* *Raii Syn.* 458.*Periclymenum.* *Ger. em.* 891. β . Capri-

β. Caprifolium non perfoliatum, foliis sinuosis.

Dill. in Raii Syn. 458.

Periclymenum foliis quercinis. *Merr. Pin.* 92.

Angl. Common Honeysuckle or Woodbine.

In sepibus et nemorosis frequens.

β. In a wood near Kimberley, Norfolk. *Mr. Woodward.*

Frutex. Fl. Junio, Julio.

Caulis lignosus, volubilis. Rami oppositi, teretes. Folia opposita, subpetiolata, elliptica, integerrima, sæpius pubescentia, subtus glauca. Flores in capitulo terminali, radiato-patentes, ochroleuci, rubicundi, vespere imprimis suaveolentes. Baccæ rubræ, calyce quinque-dentato persistente coronatæ, amaræ, subdulces.

105. RHAMNUS. *G. Pl.* 105. *Juss.* 380.

Gærtn. t. 106.

Cal. urceolatus. *Petala* 5, staminibus opposita.

Bacca supera.

1. RHAMNUS spinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis, foliis ovatis, caule erecto, baccâ tetraspermâ. *catharticus.*

Rhamnus catharticus. *Sp. Pl.* 279. *Huds.* 98.

With. 256. *Relb.* 95. *Sibth.* 82. *Woodv.*

Med. Bot. t. 114. *Fl. Dan. t.* 850. *Raii Syn.* 466.

R. solutivus. *Ger. em.* 1337.

Spina cervina, bacca. *Pharmac. Lond.*

Angl. Buckthorn.

In sepibus et nemoribus.

Frutex. Fl. Maio, Junio.

Rami rigidi, alterni, teretes, apice spinosi. Folia fasciculata, petiolata, ovata, ferrata, nervosa; juniora pubescentia. Flores ex eâdam gemmâ cum foliis, pedunculati, luteo-virides, quadrifidi, plerumque, nec semper,

dioici. Stigma quadrifidum. Baccæ nigræ, tetraspermæ, catharticæ, succo in immaturis luteo tinctorio.

Frangula. 2. RHAMNUS inermis, floribus monogynis hermaphroditis, foliis integerrimis glabris, baccâ dispermâ.

Rhamnus Frangula. *Sp. Pl.* 280. *Huds.* 98. *With.* 259. *Relh.* 96. *Fl. Dan. t.* 278. *Engl. Bot. t.* 250.

Frangula, seu Alnus nigra baccifera. *Raii Syn.* 465.

Alnus nigra five Frangula. *Ger. em.* 1470.

Angl. Berry-bearing Alder. Alder Buckthorn.

In nemoribus et dumosis.

Frutex. Fl. Maio.

Frutex quadripedalis et ultra, ramosissimus. Folia opposita, petiolata, obovata, vel elliptico-lanceolata, integerrima, glabra, venosa. Pedunculi axillares, binati vel ternati, uniflori. Flores albidus, antheris atro-purpureis. Stigma bifidum. Bacca atro-violacea, disperma.

106. EUONYMUS. *G. Pl.* 107. *Juss.* 377. *Gærtn. t.* 113.

Cal. planus. *Petala* 5. *Caps.* pentagona, quinquelocularis, quinquevalvis, colorata. *Sem.* calyptrata.

europæus. 1. EUONYMUS floribus plerisque quadrifidis, petalis acutis, ramis lævibus.

Euonymus europæus. *Sp. Pl.* 286. *Huds.* 98. *With.* 259. *Relh.* 96. *Sibth.* 82. *Engl. Bot. t.* 362.

E. vulgaris. *Raii Syn.* 468.

E. Theophrasti. *Ger. em.* 1468.

Angl. Spindle-tree. Prickwood.

In sepibus et dumetis.

Frutex.

Frutex. Fl. Maio.

Rami glabri, virides, teretes; juniores quadranguli. Folia opposita, petiolata (nec sessilia) lanceolata, serrata, glabra. Pedunculi axillares, dichotomi, divaricati. Flores albidii, foetidi, dempto primario quadrifidi. Capsulae depressae, angulatae, purpureae. Semina alba, arillo croceo.

107. RIBES. *G. Pl.* 111. *Juss.* 310.

Cal. superus, campanulatus, quinquefidus. *Petal.* et *Stamina* calyci inserta. *Stylus* bifidus. *Bacca* polysperma.

* *Inermia.*

1. RIBES inerme, racemis glabris pendulis, flori-*rubrum.* bus planiusculis, petalis obcordatis.

Ribes rubrum. *Sp. Pl.* 290. *Huds.* 99. *With.*

264. *Relb.* 97. *Sibth.* 84. *Lightf.* 146.

Woodv. Med. Bot. t. 74. *Fl. Dan.* t. 967.

R. vulgaris fructu rubro. *Raii Syn.* 456. *Ger. em.* 1593.

β. *R. vulgaris* fructu dulci. *Raii Syn.* 456.

γ. *R. fructu parvo.* *Merr. Pin.* 104. *Dill. in Raii Syn.* 456.

Ribes rubrum, fructus. *Pharmac. Lond.*

Angl. Common Currants.

In sylvis et ad ripas fluviorum Angliæ borealis.

Undoubtedly wild about the banks of the Tees.

Mr. Robson. In the isle of Ila, amongst the brush-wood on the bank of the Sound. *Lightf.*

In hedges by accident frequent.

Frutex. Fl. Maio.

Rami glabri. Folia alterna, longius petiolata, quinqueloba, duplicato-serrata, subpubescentia. Racemi simplices, nutantes, multiflori; fructiferi penduli. Bractea solitaria, ovata, minutæ, pedicellis multò breviores. Flores luteo-virides, cyathiformes. Petala ob-

cordata. Baccæ globosæ, acidæ, rubræ, in hortis sæpè albæ vel incarnatæ.

alpinum, 2. RIBES inerme, racemis erectis, bracteis flore longioribus, foliis subtus lucidis,

Ribes alpinum. *Sp. Pl.* 291. *Huds.* 99. *With.* 264. *Lightf.* 146. *Jacq. Austr.* t. 47. *Fl. Dan.* t. 968. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 15, 13.

R. alpinus dulcis. *Raii Syn.* 456.

Angl. Tasteless Mountain Currants,

In sylvis, sepibus et dumetis, Angliæ borealis.

In Yorkshire, especially about Bradford. In Durham. *Mr. Robson.*

Frutex. Fl. Aprili, Maio.

Folia quam in præcedente minora, triloba, ferrata, glabrescens, subtus præcipuè lucida. Racemi semper erecti, floribus brevius pedicellatis, luteo-viridibus. Bractæ lanceolatæ, florem superantes. Baccæ ellipticæ, rubræ, mucilaginosæ et insipidæ.

Variat floribus dioicis, ex observationibus D. D. Sneyd & Robson. *With.*

spicatum, 3. RIBES inerme, spicis erectis, petalis oblongis, bracteis flore brevioribus.

Ribes spicatum. *Robson in Transf. of Linn. Soc.* v. 3. 240. t. 21. *With.* 265. *Sym. Syn.* 62.

Angl. Acid Mountain Currants.

In sylvis Angliæ borealis.

Near Richmond in Yorkshire, and between Piersbridge and Gainford in the county of Durham. *Mr. Robson.*

Frutex. Fl. Maio.

Folia R. rubri habet, at lobis ferraturisque acutioribus, subtusque magis tomentosa. Spicæ semper erectæ, floribus brevissimè pedicellatis, rubido-fuscis. Bractæ ovatæ, exiguæ, vix pedicellum, minimè florem, superantes, apice reflexæ. Petala cuneato-oblonga. Baccæ globosæ,

globosæ, colore et gustu R. rubro similes. Semina fertilia. *Robson.*

4. RIBES inerme, racemis erectis: fructiferis pen- *petræum*
dulis, petalis obtusis, bracteis flore brevioribus.
Ribes petræum. *Wulf. in Jacq. Misc. v. 2. 36.*
Jacq. Ic. Rar. v. 1. t. 49. Wilden. Sp. v. 1.
1153.
Angl. Rock Currants.

In montosis.

Near Egleston in the county of Durham. *Rev.*
Mr. Harriman. Near Consccliffe in that county.
Mr. Robson.

Frutex. Fl. Maio.

Flores racemosi, nec spicati. Racemi fructiferi penduli.

Omnino diversum a R. alpino. *D. Harriman.*

Facies prorsus antecedentis. Anne species distincta?

5. RIBES inerme, racemis pilosis pendulis pedun- *nigrum*
culo simplici ad basin, floribus oblongis.

Ribes nigrum. *Sp. Pl. 291. Hudf. 99. With.*
265. Relb. 97. Woodv. Med. Bot. t. 75. Fl.
Dan. t. 556.

R. nigrum vulgò dictum folio olente. *Raii Syn.*
456.

Ribes nigrum, *fructus.* *Pharmac. Lond.*

Angl. Black Currants.

In dumetis et sepibus humidis, et ad ripas fluviorum.

On Costesy island near Norwich. *Mr. Rose.* In
alder swamps in Norfolk. *Mr. Woodward.* Not
unfrequent in various parts of England, un-
doubtedly wild. In the wood on the bank of
the Sound of Isla. *Lightf.*

Frutex. Fl. Maio.

Dignoscitur habitu humiliore, foliis olentibus, subtus
glandulosis,

glandulosis, racemis pilosis, calyce tubuloso, fructu nigro, at præcipuè pedunculo unifloro, solitario, ad basin racemi, ab eoque distincto.

Petala quandoque in stamina mutantur: metamorphosis hæcenus inaudita. *With.*

* * *Aculeata.*

*Grossu-
laria.*

- * 6. RIBES ramis aculeatis, petiolis pilosis, pedunculis unifloris, bracteis binis, fructu hirsuto, Ribes Grossularia. *Sp. Pl.* 291. *With.* 266. *Sym. Syn.* 62.

R. Uva crispa. *Fl. Dan. t.* 546.

Angl. Rough Gooseberry.

In sepibus et ruderalis, vix indigena.

In hedges, Walcot; on old buildings and church towers, Stokes; in woods and hedges about Darlington, common; Mr. Robson. *With.*

Frutex. Fl. Aprili.

Fruticulus ramosus; aculei sub gemmis solitarii, binati, vel ternati. Folia triloba incisa, subpubescentia. Petioli pilosi, foliis sæpiùs longiores. Pedunculi uniflori, nutantes, medio bracteis binis vel ternis, oppositis, ovatis, ciliatis. Germen villosum. Baccæ pendulæ, hispidae.

Variat fructibus glabris. *D. Robson.* Anne species a sequeunte distincta?

*Uva-
crispa.*

- * 7. RIBES ramis aculeatis, pedunculis unifloris, bracteis connato-tubulosis, fructu glabro.

Ribes Uva-crispa. *Sp. Pl.* 292. *With.* 266.

Sym. Syn. 62. *Relb.* 98. *Sibth.* 84. *Cul-
lum.* 88.

Uva crispa. *Fuchs. Hist.* 187. *Ger. em.* 1324.

Angl. Smooth Gooseberry.

In sepibus et nemorosis.

In several places in Cambridgeshire. *Relb.* In Oxfordshire. *Sibth.* In Norfolk not unfrequent,

quent, but apparently not a truly indigenous plant.

Frutex. Fl. Aprili.

A præcedente vix differt, nisi baccis glabris, bracteis basi in tubum connatis, pilisque petiolorum glandulosis: notis lubricis reverà et incertis.

108. HEDERA. *G. Pl.* 111. *Juss.* 214.

Gærtn. t. 26.

Cal. quinquedentatus. *Petala* 5, basi dilatata.

Bacca pentasperma, calyce cincta.

1. HEDERA foliis ovatis lobatisque.

Helix.

Hedera Helix. *Sp. Pl.* 292. *Huds.* 100. *With.*

267. *Relb.* 98. *Sibth.* 85. *Curt. Lond.*

fasc. 1. *t.* 16. *Fl. Dan.* *t.* 1027.

H. communis major et minor. *Raii Syn.* 459.

H. corymbosa et *H. Helix.* *Ger. em.* 857.

Angl. Common Ivy.

In sylvis, sepibus, et ad muros.

Frutex. Fl. Octobri.

Caulis scandens, radicans, sub-complanatus, arborum truncis murisque arctè fulcris adhærens. Rami superne liberi, teretes, ramosissimi. Folia sparsa, petiolata, sempervirentia, integerrima, obscure viridia, lucida; caulina quinqueloba; summorum ramorum ovata, indivisa. Pedunculi communes corymbosi; partiales umbellati, tomento stellato tecti. Bractæ parvæ, ovatæ, acutæ. Flores virides. Petala ovata, basi lata. Stamina patentia, petalis longiora. Stylus brevis, fulcatus, stigmate simplici. Baccæ læves, nigrae, farinosæ, aromaticæ.

109. ILLECEBRUM. *G. Pl.* 114. *Juss.* 89.

Cal. pentaphyllus, cartilagineus, inferus. *Cor.*

nulla. *Stigma* simplex. *Capf.* quinquevalvis,

monosperma.

1. ILLE-

*verticil-
latum.* 1. ILLECEBRUM floribus verticillatis nudis,
caulibus procumbentibus.

Illecebrum verticillatum. *Sp. Pl.* 298. *Huds.*

100. *With.* 267. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 12. 13.

Fl. Dan. t. 335.

Corrigiola. *Raii Syn.* 160.

Polygala repens. *Ger. em.* 563.

Angl. Whorled Knotgrafs.

In palustribus, udis et humidioribus pascuis, Cornu-
biæ et Devonix.

About Pensans. *F. Borone.* In Devonshire not
uncommon. *With.*

Perennis. Fl. Julio.

Radix fibrosa, subrepens. Caules herbacei, procumben-
tes, ramosi, teretes, foliosi, glabri. Folia opposita, vix
petiolata, ovato-spatulata, integerrima, carnosæ, glabra.
Stipulæ intrafoliaceæ, scariosæ, laceræ. Flores nivei,
verticillati, numerosi. Calyx aristatus, persistens.

110. GLAUX. *G. Pl.* 114. *Juss.* 333.

Cal. monophyllus, campanulatus, coloratus, in-
ferus. *Cor.* nulla. *Caps.* unilocularis, quin-
quevalvis, pentasperma.

*mariti-
ma.* 1. GLAUX.

Glaux maritima. *Sp. Pl.* 301. *Huds.* 101.

With. 268. *Engl. Bot.* t. 13. *Fl. Dan.*

t. 548. *Raii Syn.* 285.

G. exigua maritima. *Ger. em.* 562.

Polygonum maritimum, longius radicum no-
stras. *Raii Syn.* 161? Conf. *Pluk.* t. 53. f. 3.

Pet. H. Brit. t. 10. f. 6.

Alfene bifolia, fructu Coriandri, radice genicu-
latâ. *Loef. Pruss.* 13. t. 3.

Angl. Black Salt-wort.

In maritimis cœnosis copiosè.

Perennis.

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Radix e fibris longis, tortuosis, subcarnosis. Caulis erectus, palmaris, subramosus, teres, dense foliosus. Folia opposita, oblonga, integerrima, glabra, subtus pallidiora. Flores axillares, solitarii, subsessiles, incarnati.

III. THESIIUM. *G. Pl.* 114. *Juss.* 75.
Gærtn. t. 86.

Cal. monophyllus, superus, cui stamina inserta.

Cor. nulla. *Semen* unicum, corticatum.

1. THESIIUM spicâ ramosâ, bracteis ternis, foliis *linophyllum*,
lineari-lanceolatis, tubo calycino brevissimo.

Thesium linophyllum. *Sp. Pl.* 301. *Huds.* 101.

With. 268. *Relb.* 99. *t.* 1. *Sibth.* 414. *Engl.*

Bot. t. 247. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 11. 5.

Linaria adulterina. *Raii Syn.* 202. *Ger. em.*

555.

Angl. Bastard Toad-flax.

In pascuis elatis cretaceis.

In Cambridgeshire frequent; also in Suffolk, Dorsetshire, and near Shouldham in Norfolk. *With.*
and *Engl. Bot.*

Perennis. Fl. Julio.

Radix lignosa. Herba rigida, glabra. Caules adscendentes, angulati, foliosi, spithamæi. Folia sparsa, secunda, linearia, margine scabra. Spicæ terminales, plerumque ramosæ, multifloræ. Pedicelli alterni, uniflori, erecti, bracteis ternis, lanceolatis, acutis, inæqualibus, flori approximatis. Calycis tubus brevissimus, margine patente, acutè quinquesido, denticulato, albo. Stamina brevissima, laciniis calycinis opposita. Stigma emarginatum. Semen ovale, pentagonum, osseum, basi calycis induratâ vestitum.

112. VINCA. *G. Pl.* 115. *Juss.* 144. *Gærtn. t.* 117.

Cor. contorta, hypocrateriformis, infera. *Folliculi* duo, erecti. *Semina* nuda.

1. VIN-

- minor.* 1. VINCA caulibus procumbentibus, foliis elliptico-lanceolatis margine glabris, floribus pedunculatis, dentibus calycinis lanceolatis.

Vinca minor. *Sp. Pl.* 304. *Huds.* 91. *With.* 268. *Relb.* 89. *Sibth.* 79. *Curt. Lond. fasc.* 3. *t.* 16.

V. pervinca minor. *Raii Syn.* 268. *Ger. em.* 894.

Angl. Lesser Periwinkle.

In dumetis et ad fepes rariùs.

By Honingham church, Norfolk, on a bank facing the south, plentifully, also in several lanes in that parish, undoubtedly wild.

Perennis. Fl. Maio.

Radix repens, fibris ramosis. Caules teretes, glabri, flagelliformes, foliosi; floriferi erecti, altitudine varii; demum prostrati, radicanes. Folia opposita, petiolata, elliptico-lanceolata, integerrima, nitida, glaberrima, sempervirentia. Flores axillares, alterni, solitarii, pedunculati, erecti, inodori. Calyx campanulatus, quinquefidus, glaber, laciniis lanceolatis, brevibus. Corolla violacea, ore albo.

- major.* 2. VINCA caulibus erectiusculis, foliis ovatis ciliatis, floribus pedunculatis, dentibus calycinis fetaceis elongatis.

Vinca major. *Sp. Pl.* 304. *Huds.* 91. *With.* 269. *Relb.* 89. *Sibth.* 79. *Curt. Lond. fasc.* 4. *t.* 19. *Engl. Bot. t.* 514.

Clematis daphnoides major. *Raii Syn.* 268. *Ger. em.* 894.

Angl. Greater Periwinkle.

In dumetis et nemoribus, præcipuè humidis.

Isle of Wight. *With.* In a field at Beckenham in Kent. *Curtis.*

Perennis. Fl. Maio.

Præcedente omnibus partibus major. Caules erecti, demum apice radicales. Folia latè ovata, margine ciliis minutis scabra. Flores cærulei, nec violacei. Dentes calycini elongati, fetacei, sæpius ciliati, apice patentés. Folliculi glaberrimi, nitidi, apice subulati, divaricati. Semina plerumque bina, unum super alterum, oblonga, fulco longitudinali supernè notata.

II. DIGYNIA.

113. HERNIARIA. *G. Pl.* 121. *Juss.* 89.

Cal. quinquepartitus, inferus. *Cor.* nulla. *Stamina* squamis 5 filiformibus interjectis. *Caps.* monosperma, calyce tecta.

1. HERNIARIA glabra herbacea.

Herniaria glabra. *Sp. Pl.* 317. *Huds.* 108. *glabra.*

With. 269. *Engl. Bot. t.* 206. *Fl. Dan.* t. 529.

Herniaria. *Raii Syn.* 160. *Ger. em.* 569.

Angl. Smooth Rupture-wort.

In arenosis vel glareosis.

On the Lizard point, Cornwall. *Ray.* Near Newmarket. *Rev. Mr. Hemsted.*

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Radix fusiformis, sublignosa, ex observationibus D. Stackhouse perennis, nec annua. Caules prostrati, divaricati, alternatim ramosi, teretes, foliosi, glabri. Folia ovata, integerrima, glabra, margine subciliata; inferiora opposita; superiora alterna. Stipulae membranaceae. Racemi solitarii, alterni, oppositifolii, foliosi, multiflori. Flores sessiles, congesti, luteo-virides.

Varietas

Varietas β apud Hudsonum mihi videtur *Glaux maritima*,
ab *H. lenticulatâ* Linnæi longè quidem diversa.

hirsuta. 2. **HERNIARIA** *hirsuta* herbacea.

Herniaria hirsuta. *Sp. Pl.* 317. *Huds.* 109.
With. 270. *Raii Syn.* 161. *Pet. H. Brit.*
t. 10. *f.* 10. *Bauh. Hist.* v. 3. 379. *f.* 1.
Angl. Hairy Rupture-wort.

In arenosis rariùs.

At Colney-Hatch near Barnet. *Huds.*

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Prioris varietas, ex sententiâ D. Stackhouse; nec differt
nisi caule pilis patentibus *hirsuto*, foliorumque paginis
inferioribus, calycibusque etiam densè fetosis.

114. **CHENOPODIUM.** *G. Pl.* 121. *Juss.* 85.
Gærtn. t. 75.

Cal. quinquepartitus, inferus. *Cor.* nulla. *Se-*
men unicum, lenticulare, calyce clauso, pen-
tagono, tectum.

* *Foliis angulosis.*

Bonus 1. **CHENOPODIUM** *foliis triangulari-sagittatis*
Henri- integerrimis, spicis compositis aphyllis.
eus.

Chenopodium Bonus Henricus. *Sp. Pl.* 318.
Huds. 104. *With.* 270. *Relb.* 102. *Sibth.* 87.
Curt. Lond. fasc. 3. t. 17. *Fl. Dan.* t. 579.

Blitum perenne, Bonus Henricus dictum. *Raii*
Syn. 156.

Bonus Henricus. *Ger. em.* 329.

Wild Spinach. *Pet. H. Brit.* t. 7. f. 12.

Angl. Perennial Goosefoot. Mercury Goose-
foot.

In ruderalis at ad vias frequens.

Perennis. Fl. Maio—Augusto.

Radix

Radix ramosa. Caules erectiusculi, teretes, pedales; basi sæpè ramosi; supernè simplices, foliosi, striati, unctoso-pulverulenti. Folia alterna, petiolata, laxè patentia, hastato-deltoidea, vel sagittata, subrepanda, integerrima, venosa, subtùs præcipuè subpulverulenta. Spicæ pedunculatæ, compositæ, multifloræ; inferiores axillares; superiores in spicam communem pyramidalatam, aphyllam, digestæ. Flores congesti, virides, pulverulenti. Calyx apice dilatatus, erosus. Styli duo vel tres, subulati, patentes, pubescentes.

“Flores fœminei plurimi, inter hermaphroditos.” *Curtis.*

2. CHENOPODIUM foliis triangularibus denticulatis, racemis confertis strictissimis cauli approximatis longissimis subaphyllis.

Chenopodium urbicum. *Sp. Pl.* 318. *Huds.* 104. *With.* 270. *Lightf.* 148? *Sibth.* 87.

C. erectum foliis triangularibus dentatis, spicis e foliorum alis plurimis longis erectis tenuibus. *Dill. in Raii Syn.* 155.

C. latifolium, minùs ramosum, florum petiolis longissimis, ex foliorum alis confertim enascentibus. *Buxb. Fl. Hallens.* 69. t. 1. opt.

Broad-pointed Blite. *Pet. H. Brit.* t. 8. f. 8.

Angl. Upright Goosefoot.

In fimetis et ad margines fossarum secundum vias publicas passim. *Dill.*

My specimen is from Oxfordshire.

Annua. Fl. Augusto, Septembri.

Caulis strictus, simplex vel ramosus, angulatus, rubro lineatus. Folia deltoideo-oblonga, subhastata, basi vix producta, medio præcipuè denticulata (nec profundè dentata), apicem versus integerrima. Racemi axillares, erecti, cauli sæpiùs adpressi, ramosi, ferè aphylli, superiores in paniculam communem, aphyllam, digesti.

“Semina magnitudine ferè *Brassicæ Napi.*” *Curtis sub C. rubro.*

rubrum. 3. **CHENOPODIUM** foliis rhomboideo-triangularibus sinuato-dentatis, racemis erectis compositis foliolosis.

Chenopodium rubrum. *Sp. Pl.* 318. *Huds.* 105. *With.* 271. *Relb.* 103. *Sibth.* 88. *Curt. Lond. fasc.* 6. *t.* 21.

Blitum Pes anserinus dictum. *Raii Syn.* 154.

Atriplex sylvestris latifolia, five *Pes anserinus*: *Ger. em.* 328.

Pes anserinus. *Fuchs. Hist.* 653. *Dalechamp. Hist.* 542. *f.* 2.

Sharp-pointed Blite. *Pet. H. Brit. t.* 8. *f.* 6.

β. *Blito Pes anserinus dicto similis.* *Raii Syn.* 154. *Angl.* Red Goosefoot.

In fimetis et ruderatis.

Annua. Fl. Augusto.

A præcedente differt foliis profundè dentatis, ferè sinuatis, basi productis, racemis subpatentibus, foliolosis. In apricis magis rubescit.

“Semina minutissima,” *Curtis*; quod etiam in var. β notavit *Dill.* in *Raii Syn.*

murale. 4. **CHENOPODIUM** foliis ovatis nitidis acutis dentatis, racemis ramosissimis cymosis aphyllis.

Chenopodium murale. *Sp. Pl.* 318. *Huds.* 105. *With.* 272. *Relb.* 103. *Sibth.* 88. *Curt. Lond. fasc.* 6. *t.* 20.

Blitum Pes anserinus dictum acutiore folio. *Raii Syn.* 154.

Atriplex sylvestris latifolia altera. *Ger. em.* 328.

Thick Shining Blite. *Pet. H. Brit. t.* 8. *f.* 5.

Angl. Nettle-leaved Goosefoot.

In ruderatis et ad vias.

Annua. Fl. Augusto, Septembri.

Caulis ramosissimus. Folia triangulari-ovata, basi producta, sinuato-dentata, dentibus acuminatis, subincurvis.

Racemi

Racemi axillares, subinde etiam terminales, ramosissimi, cymosi, subdivaricati, omnino aphylli. Herba tota plerumque saturatè virens, lucida, ingrati odoris. Semina minutissimè punctulata.

5. **CHENOPODIUM** foliis cordatis angulato-*hybridum*,
dentatis acuminatis, racemis ramosissimis sub-
cymosis divaricatis aphyllis.

Chenopodium hybridum. *Sp. Pl.* 319. *Huds.*
105. *With.* 272. *Relb.* 105. *Sibth.* 89.
Abbot. 55. *Curt. Lond. fasc.* 4. t. 23.

C. Stramonii folio. *Dill. in Raii Syn.* 154.
Vaill. Paris. 36. t. 7. f. 2.

Maple Blite. *Pet. H. Brit.* t. 8. f. 7.

Angl. Maple-leaved Goosefoot.

In ruderatis humidioribus, minùs frequens.

In Battersea fields. *Curtis.* Near Northfleet plentifully. *Huds.* On the banks of some watery pits beyond Ely. *Sherard.* About Colchester. *Dale.*

Annua. Fl. Augusto.

Caulis gracilis, ramosus. Folia patula, magna, lætè viridia, omnino cordata, (nec basi producta,) acuminata, angulato-dentata, angulis utrinque tribus. Racemi plerumque aphylli, ramosissimi, subcymosi, divaricopatentes. Herba lævis, foetens. Semina punctis majoribus notata.

6. **CHENOPODIUM** foliis rhomboideo-ovatis *album*,
erosis posticè integris: superioribus oblongis
integerrimis, feminibus lævibus.

Chenopodium album. *Sp. Pl.* 319. *Huds.* 106.
With. 271. *Relb.* 104. *Sibth.* 88. *Curt.*
Lond. fasc. 2. t. 15.

Blitum Atriplex sylvestris dictum. *Raii Syn.*
154.

Atriplex sylvestris. *Fuchs. Hist.* t. 119.

T 2

Frost

Frost Blite. *Pet. H. Brit. t. 8. f. 2.*

β. Blitum folio subrotundo. *Dill. in Raii Syn. 155.*

Buddle's Round Blite. *Pet. H. Brit. t. 8. f. 4.*

γ. Chenopodium viride. *Sp. Pl. 319.*

C. album β. *Huds. 106.*

Atriplex sylvestris altera. *Ger. em. 326.*

δ. Chenopodium foliis integris racemosum. *Dill. in Raii Syn. 155.*

ε. C. crassū et obtusū Oleæ folio. *Dill. in Raii Syn. 156.—non vidi.*

Angl. White Goosefoot.

In fimetis, cultis et ruderatis passim.

Annua. Fl. Julio, Augusto.

Caulis ramosus, subinde rubicundus. Folia oleaceo-pulverulenta; inferiora subovata, dentato-erosa, posticè integerrima; superiora angustiora, omnino edentula. Racemi ramosi, erecti, ferè aphylli. Semina lævissima, nec punctata.

γ gaudet colore viridi, minùsque albo, foliis angustioribus racemis laxioribus; δ foliis omnibus integerrimis.

ficifolium.

7. **CHENOPODIUM** foliis hastato-sinuatis erosis posticè integris: superioribus oblongis integerrimis, feminibus punctatis.

Chenopodium viride. Curt. Lond. fasc. 2. t. 16.

C. serotinum. *Huds. 106. Sibth. 88.*

Blitum Ficūs folio. *Dill. in Raii Syn. 155.*

Buddle's Fig Blite. *Pet. H. Brit. t. 8. f. 3.*

β. Chenopodium erectum Chrysanthemi segetum folio. *Dill. in Raii Syn. 155.—non vidi.*

Angl. Fig-leaved Goosefoot.

In fimetis et ruderatis.

About London. *Curtis.*

Annua. Fl. Augusto.

A præcedente differt colore magis viridi, ramorum axillis purpurascentibus, foliis inferioribus hastatis, at præcipuè

puè (optimè monente Curtifio) feminibus excavato-punctatis. *C. ferotinum* Linnæi discrepat caule quintuplò altiore, foliis majoribus, deltoideis, vix hastatis, tempore florendi feriore; femina ejus non vidi.

8. *CHENOPODIUM* foliis omnibus oblongis *glaucum*.
finuato-repandis subtùs glaucis, racemis aphyllis glomeratis.

Chenopodium glaucum. *Sp. Pl.* 320. *Huds.* 106. *With.* 272.

C. angustifolium laciniatum minus. *Dill. in Raii Syn.* 155.

Atriplex angustifolia laciniata minor. *Bauh. Hist.* v. 2. 972.

A. sylvestris secunda. *Tabernæm. Krauter-buch.* 811.

Rand's Oak Blite. *Pet. H. Brit.* t. 8. f. 1.

Angl. Oak-leaved Goosefoot.

In ruderatis, præcipuè arenosis.

About London. *Mr. Pitchford.*

Annua. Fl. Augusto.

Caules diffusi, crassi. Folia oblonga, subindè ovato-oblonga, obtusiuscula, finuato-repanda, omnia ferè uniformia, supra viridia, subtus glauca. Racemi breves, glomerati, lobati, aphylli. Semina excavato-punctata.

* * *Foliis integris.*

9. *CHENOPODIUM* foliis rhombeo-ovatis inte-*olidum*.
gerrimis, racemis conglomeratis.

Chenopodium olidum. *Curt. Lond. fasc.* 5. t. 20. *With.* 273.

C. Vulvaria. *Sp. Pl.* 321. *Huds.* 107. *Relh.* 105. *Sibth.* 89. *Lightf.* 149. *Sym. Syn.* 65. *Woodv. Med. Bot.* t. 145.

Blitum foetidum, *Vulvaria dictum*. *Raii Syn.* 156.

Atriplex olida. *Ger. em.* 327.

Stinking Orache. *Pet. H. Brit. t. 7. f. 11.*

Angl. Stinking Goosefoot.

In ruderatis, præcipuè maritimis.

Common about London. *Curtis.* About Yarmouth and Lowestoft towards the sea.

Annua. Fl. Augusto,

Caules diffusi, ramosi, divaricati. Folia pulverulento-canescencia, rhombeo-ovata, indivisa et integerrima. Racemi axillares et terminales, condensati, lobati. Herba tota insignitèr foetet, odore piscium falforum putrescentium perdurabili.

polyspermum. 10. **CHENOPODIUM** foliis ovatis integerrimis, caule prostrato, racemis cymosis divaricatis aphyllis.

Chenopodium polyspermum. *Sp. Pl.* 321. *Huds.* 107. *With.* 273. *Relb.* 105. *Sibth.* 89. *Curt. Lond. fasc. 2. t. 17.*

C. Betæ folio. *Raii Syn.* 157.

Atriplex sylvestris, f. *Polyspermon.* *Ger. em.* 325.

Allseed Blite. *Pet. H. Brit. t. 7. f. 10.*

Angl. Round-leaved Goosefoot. Allseed Goosefoot.

In ruderatis et fimetis minùs frequens.

Annua. Fl. Julio, Augusto.

Caules undique diffusi, prostrati. Folia integerrima, obtusa, saturatè viridia. Racemi axillares et terminales, cymosi, laxi, multiflori. Semina minutissimè punctata.

maritimum. 11. **CHENOPODIUM** foliis subulatis semicylindricis, floribus axillaribus sessilibus.

Chenopodium maritimum. *Sp. Pl.* 321. *Huds.* 107. *With.* 273. *Relb.* 106. *Fl. Dan. t. 489.* *Dicks. H. Sicc. fasc. 4. 7. Engl. Bot. t. 633.*

Blitum

Blitum Kali minus album dictum. *Raii Syn.*

156.

Kali minus. *Ger. em.* 535.

Angl. Sea Goosefoot. *Sea Blite.*

In littoribus maritimis copiosè.

Annua. Fl. Julio, Augusto.

Caulis erectus, ramosissimus. Folia semicylindrica, acutiuscula, lævia, succosa, salsa. Flores sessiles, glomerati. Bractææ binæ. Semina minutè striata, nitida.

115. BETA. *G. Pl.* 122. *Juss.* 85. *Gærtn. t.* 75.

Cal. quinquepartitus, basi carnosus. *Cor.* nulla.

Semen unicum, reniforme, intra substantiam baseos calycis.

1. BETA caulibus decumbentibus, floribus *ge-mariti-*
minis, laciniis calycinis integerrimis. *ma.*

Beta maritima. *Sp. Pl.* 322. *Huds.* 108. *With*
277. *Engl. Bot. t.* 285.

B. sylvestris maritima. *Raii Syn.* 157.

Sea Beet. *Pet. H. Brit. t.* 8. f. 9.

Angl. Sea Beet.

In maritimis cœnosis.

Perennis. Fl. Augusto.

Radix fusiformis, carnosæ, crassæ; extus nigra; intus alba.

Caules plures, decumbentes, fulcati, foliosi, apice ramosi. Folia ovata, repanda, lævia; radicalia maxima, petiolata; caulina alterna, subsessilia, fursùm secunda. Flores in racemis terminalibus foliolosis, sessiles, sæpius gemini, virides. Stigmata sæpè terna.

116. SALSOLA. *G. Pl.* 122. *Juss.* 85.

Gærtn. t. 75.

Cal. quinquepartitus, basi capsularis. *Cox.* nulla.

Semen unicum, cochleatum.

Kali. 1. *SALSOLA* herbacea decumbens, foliis subulatis spinosis scabris, calycibus marginatis axillaribus.

Salsola Kali. *Sp. Pl.* 322. *Huds.* 107. *With.* 278. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 12. 14. *Fl. Dan.* t. 818. *Woodv. Med. Bot.* t. 143. *Engl. Bot.* t. 634.

Kali spinosum cochleatum. *Raii Syn.* 107.

Tragos Matthioli. *Ger. em.* 1117.

Angl. Prickly Saltwort.

In littoribus maritimis arenosis passim.

Annua. Fl. Julio.

Caules rigidi, ramosissimi, decumbentes, foliosi, pubescentes. Folia alterna, subulata, canaliculata, patentissima, scabra, apice mucronato-spinosa. Flores axillares, folitarii, sessiles, bracteis ad basin ternis, foliaceis, spinosis. Calycis foliola marginata, dilatata, repanda, rubicunda, scariosa, conniventia. Semen turbinatum, cotyledonibus cochleatis.

fruticosa. 2. *SALSOLA* erecta fruticosa, foliis semicylindricis obtusiusculis muticis.

Salsola fruticosa. *Sp. Pl.* 324. *Huds.* 108. *With.* 278. *Engl. Bot.* t. 635.

Blitum fruticosum maritimum, Vermicularis frutex dictum. *Raii Syn.* 156.

Cali species, sive Vermicularis marina arborecens. *Baub. Hist.* v. 3. 704.

Angl. Shrubby Saltwort.

In littoribus maritimis, haud frequens.

On the Norfolk coast, discovered by Sir Thomas Brown, M. D. *Ray.* At Wells and Cley. *Mr. Crowe.* Thornham, Norfolk. *Rev. Mr. Sutton.* Near Southwold, Suffolk. *Mr. Woodward.* In Devonshire and Cornwall. *Huds.* At Weymouth. *A. B. Lambert, Esq.*

Frutex.

Frutex. Fl. Julio, Augusto.

Caulis lignosus, erectus, teres, ramosissimus; rami erecti, foliosi. Folia alterna, erectiuscula, semiteretia, carnosa, obtusiuscula, lævia, glaucescentia. Flores axillares, sessiles, solitarii, virides. Bractæ ternæ, concavæ, scariosæ, parvæ.

Frutex elegans, sempervirens, hortorum ornamentum haud ingratum.

117. ULMUS. *G. Pl.* 123. *Juss.* 408.

Gærtn. t. 49.

Cal. quinquefidus, inferus, persistens. *Cor.* nulla. *Capsula* membranacea, compresso-plana, monosperma.

1. ULMUS foliis duplicato-ferratis scabris basi *campestris* inæqualibus, floribus subsessilibus congestis. *tris.*

Ulmus campestris. *Sp. Pl.* 327. *Huds.* 109.

With. 278. *Relb.* 106. *Sibth.* 86. *Woodv.*

Med. Bot. t. 197.

U. vulgarissima folio lato scabro. *Ger. em.* 1480. *Raii Syn.* 468.

Common Elm Tree. *Hunt. Evel. Sylv. tab.* ad p. 119.

*β. *Ulmus minor*, folio angusto scabro. *Ger. em.* 1480. *Raii Syn.* 469. Hæc est omnium cultarum varietatum mater, ex auctoritate D. Crowe; at e sententiâ *Milleri* vix indigena,

Ulmus, cortex interior. *Pharmac. Lond.*

Angl. Common Elm.

In sepibus, præcipuè *Angliæ australioris.*

β Chiefly about London. *Miller.*

Arbor. Fl. Aprili.

Cortex rimosus, in ramulis suberosus. Folia utrinque scabra, subtus ad venulas villosa. Flores e propriis gemmis, congesti, vix pedunculati, numerosi, fusco-incarnati. *Capsulæ* oblongæ.

Lignum durum, tenax.

2. UL-

montana, 2. ULMUS foliis duplicato-ferratis acuminatis basi inæqualibus, floribus pedunculatis effusis.

Ulmus montana. *With.* 279. *Bauh. Pin.* 427.

U. glabra. *Huds. ed.* 1. 95.

U. campestris. *Fl. Dan. t.* 632. *Relb.* 107 β. *Huds.* 129 γ.

U. effusa. *Wilden. Sp. v.* 1. 1325. *Sibth.* 87. *Sym. Syn.* 67. *Abbot.* 55.

U. latifolia. *Cullum.* 96.

U. folio latissimo scabro. *Ger. em.* 1481. *Raii Syn.* 469.

β. U. folio glabro. *Ger. em.* 1481. *Raii Syn.* 469. ex sententiâ D. Crowe.

U. glabra. *Cullum.* 97.

Angl. Broad-leaved Elm. *Wych* Hasel. β *Wych* Elm.

In sylvis et sepibus, per totam Britanniam.

Arbor. Fl. Aprili.

Cortex ramulorum æqualis. Folia latiora quam in præcedente, minusque aspera, acuminata. Flores longius pedunculati, laxè patentes. Fructus subrotundus.

Lignum minus solidum.

Arbores hæc optimè illustravit botanicus indefessus et valdè acutus Johannes Goodyer, Johnsoni amicus, Confer *Ger. em.*

118. CUSCUTA. *G. Pl.* 66. *Juss.* 135. *Gærtn. t.* 62.

Cal. 4- vel 5-fidus, inferus. *Cor.* monopetala, 4- vel 5-fida. *Capfula* bilocularis, basi circumscissâ. *Sem.* bina.

europæa, 1. CUSCUTA floribus subsessilibus, corollâ fauce nudâ, stigmatibus acutis.

Cuscuta europæa. *Sp. Pl.* 180. *Engl. Bot. t.* 378. *Fl. Dan. t.* 199. *Relb.* 101. *Abbot.* 36. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 15. 6.

C. major,

C. major. *Bauh. Pin.* 219.
Cassutha. *Fuchsf. Hist. t.* 348.
Angl. Greater Dodder.

In Carduis, Urticis, aliisque parasitica, rariùs.
 Near Aberdeen. *Mr. Alexander Smith.* Cambridge-
 shire. *Rev. Mr. Hemsted.*

Annua. Fl. Augusto, Septembri.

Radix parva, statim marcescens. Caules filiformes, volubiles, parasitici, e cortice alieno pabulum, tuberculis propriis radicanibus, trahentes, aphylli, glabri. Flores fasciculati, laterales, ferè sessiles, hyalini, rubro tincti, plerumque quinquesidi. Corolla campanulata, fauce omnino nudâ. Stamina fauce inserta, laciniis alterna. Styli divaricati, stigmatibus acutis, nec, ut in *C. americanâ*, capitatis.

2. CUSCUTA floribus sessilibus, staminibus basi *Epithy-*
 squamâ crenatâ munitis, stigmatibus acutis. *mum.*

Cuscuta Epithymum. *Syst. Veg. ed.* 13. 140.
Engl. Bot. sub p. 378. *Fl. Dan. t.* 427.
Abbot. 36. *Dicksf. H. Sicc. fasc.* 15. 5.

C. europæa. *Engl. Bot. t.* 55. *Huds.* 104.
Sp. Pl. 180 β. *Sibth.* 63.

C. major. *Raii Syn.* 281.

C. five Cassuthe. *Ger. em.* 577.

Epithymum, five Cuscuta minor. *Bauh. Pin.*
 219.

Angl. Lesser Dodder.

In Ericis, Thymis, aliisque suffruticis, parasitica
 frequens.

Perennis? Fl. Augusto.

Priore minor. Caules tortuosi. Flores sessiles, congesti, albi, calyce rubro, sæpiùs quadrifidi. Corolla infundibuliformis, tubo brevi. Stamina fauce inserta, laciniis alterna, squamâ lunatâ, crenatâ, ad singulorum basin, germiui incumbente. Styli elongati, acuti.

119. SWER-

119. SWERTIA. *G. Pl.* 125. *Juss.* 142.
Gærtn. t. 114.

Cor. rotata; poris geminis nectariferis ad basin
singulæ laciniaë. *Caps.* supera, unilocularis,
bivalvis.

perennis. † 1. SWERTIA corollis quinquefidis, foliis radi-
calibus ovatis.

Swertia perennis. *Sp. Pl.* 328. *Huds.* 102.
With. 280. *Jacq. Fl. Austr. t.* 243.

Gentiana duodecima, punctato flore. *Clus. Hist.*
v. 1. 316.

G. major, flore cæruleo punctato. *Morif.*
sect. 12. *t.* 5. *f.* 11.

G. Pennei minor. *Ger. em.* 433.

Angl. Marsh Swertia. Marsh Felwort.

In palustribus alpinis.

Found in Wales by Dr. Richardson. *Huds.*

Perennis. *Fl.* Augusto.

Formosa planta. Radix e fibris longis, albidis. Caulis
erectus, simplex, pedalis, subtetragonus, glaber, parùm
foliosus. Folia omnia ferè radicalia, petiolata, ovata
vel elliptica, integerrima, obsoletè nervosa, glabra. Spica
terminalis, erecta, pedunculis oppositis, erectis, angu-
latis, unifloris, basi bracteatis. Bracteaë sessiles, ellip-
tico-oblongaë, integerrimaë. Flores cinereo-purpurei,
tristes, inodori. Calycis laciniaë subulataë, patulaë.
Corolla patens, laciniis ellipticis, acutis, nigro puncta-
tis, poris nectariferis margine setosis. Stamina subulata.
Antheraë versatiles. Germen ovatum, compressum.
Stylus brevissimus, bipartitus. Herba valdè amara.
E speciminibus in Monte Cenisio lectis descriptionem
confeci; nec indigenam adhuc vidi.

120. GENTIANA. *G. Pl.* 126. *Juss.* 141.
Gærtn. t. 114.

Cor. basi tubulosa; poris nectariferis destituta.
Caps.

Caps. supera, unilocularis, bivalvis, polysperma.

1. GENTIANA corollâ campanulatâ quinquefidâ, floribus pedunculatis, foliis linearibus. *Pneumonanthe.*

Gentiana Pneumonanthe. *Sp. Pl.* 330. *Huds.*

102. *With.* 280. *Engl. Bot. t.* 20. *Dicks.*

H. Sicc. fasc. 8. 9. *Fl. Dan. t.* 269.

G. palustris angustifolia. *Raii Syn.* 274.

Pneumonanthe. *Ger. em.* 438. *Cord. Hist.* 162. 2.

Angl. Marsh Gentian. Calathian Violet.

In ericetis turfosis humidiusculis.

On Stratton Strawless heath, near Norwich. *Mr. Stillingfleet.* On Rollesby and Hopton heaths, Norfolk. *Mr. Wigg.* On Leziate heath, Norfolk, abundantly. *Mr. Crowe.* On Hounslow heath sparingly; but plentifully on Wareham common, Dorset. *Rev. Dr. Goodenough.* In the northern counties in several places.

Perennis. Fl. Augusto, Septembri.

Radix e fibris simplicibus, flagelliformibus, minutè annulatis. Caules spithamæi, erecti, simplices, foliosi, quadranguli. Folia opposita, linearia, obtusa, integerrima, glabra. Flores pauci, terminales et axillares, pedunculati, erecti, formosi, campanulati, plicati, saturatè cyanei, plicis virescentibus. Antheræ connatæ. Styli recurvi. Herba amara.

2. GENTIANA corollâ quinquefidâ hypocrateriformi crenatâ: laciniis basi appendiculatis, foliis ovatis confertis.

Gentiana verna. *Sp. Pl.* 331. *Engl. Bot. t.* 493. *Sym. Syn.* 64.

G. n. 644. *Hall. Hist. v.* 1. 286. *Davall.*

Gentianella alpina verna. *Ger. em.* 436. *How. Phytolog.*

Phytolog. 46. *Merr. Pin.* 45. *Dill. Indic. Pl.*
dub. in Raii Syn.

G. alpina verna minor, subrotundo folio, flore
cæruleo. *Barell. Ic.* t. 98.

Angl. Spring Gentian.

In montosis sterilioribus.

On the mountains betwixt Gort and Galloway,
Ireland. *Mr. Heaton.* In Teesdale forest, Dur-
ham. *Rev. Mr. Harriman* and *Mr. Oliver.*

Perennis. Fl. Aprili.

Radix repens, fibrosa. *Caules breves*; basi ramosi, fili-
formes, nudi; supernè simplicès, quadranguli, densè
foliosi, uniflori. *Folia opposita*, conferta, ovata, inte-
gerrima, acuta, subindè obtusa et ferè spatulata. *Flos*
terminalis, erectus, cyaneus, tubo albido. *Calyx an-*
gulis quinque, acutis, undulatis, tubo brevior. *Co-*
rollæ laciniæ crenatæ, acutiusculæ, subindè acutæ, basi
utrinque auriculatæ. *Stylus simplex.* *Stigma bifidum*,
crenatum.

G. Bavarica Linn. hujus varietas videtur.

nivalis. 3. *GENTIANA* corollâ quinquefidâ infundibuli-
formi, angulis calycinis æqualibus acutis, caule
multifloro.

Gentiana nivalis. *Sp. Pl.* 332. *Dicks. in Tr. of*
Linn. Soc. v. 2. 290. *With.* 280. *Fl. Dan.*
t. 17. *Sym. Syn.* 64.

G. n. 647. *Hall. Hist.* v. 1. 287.

G. n. 5. *Ejusd. Enum.* 475. t. 7.

G. undecima minima. *Clus. Hist.* v. 1. 316.
Pann. 291.

G. minima. *Lob. Ic.* 310.

Gentianella fugax minor. *Ger. em.* 437, quoad
iconem.

Angl. Small Alpine Gentian.

In alpinis Scotiæ.

On Ben Lawers. *Dickson.*

Annua.

Annua. Fl. Augusto.

Radix fibrosa, parva. Caulis erectus, quadrangulus, ramosus, foliosus; ramis elongatis, erectis, unifloris. Folia elliptica; radicalia acuta. Flores erecti, graciles, pulcherrimè cyanei, extus pallidè virentes. Calyx tubulosus, quinquedentatus, angulis acutis, vix carinatis.

4. GENTIANA corollâ quinquefidâ hypocrateriformi fauce barbatâ, laciniis calycinis æqualibus. *Amarella.*

Gentiana Amarella. *Sp. Pl.* 334. *Huds.* 103. *With.* 281. *Relb.* 100. *Sibth.* 85. *Abbot.* 56. *Engl. Bot. t.* 236. *Fl. Dan. t.* 328. *Dicks. Dr. Pl.* 5.

Gentianella fugax autumnalis elatior, Centaurii minoris folio. *Raii Syn.* 275?

Gentianellæ species quibusdam, an Cordo Pneumonanthe, aut Gentiana fugax altera Clusii. *Baub. Hist. v.* 3. 526. f. 1. benè.

- β. *G. fugax verna seu præcox.* *Raii Syn.* 275. *Angl.* Autumnal Gentian.

In pascuis calcareis.

In the pastures above the rocks opposite Matlock bath, Derbyshire, plentifully; also on the downs above St. Vincent's rocks, Bristol, and in other parts of England on a limestone or chalky soil.

*Chalky Hill, Kent.
Between Doron
& Cudham Church
Sep. 19. 1812.
Marion's Court & Sherchen
Hills—Sep. 17. 1814*

Annua. Fl. Augusto. β Aprili, Maio.

Radix parva, tortuosa. Caulis erectus, altitudine varius, foliosus, quadrangulus, supernè paniculato-ramosus. Folia ovata, trinervia, sessilia. Pedunculi axillares et terminales, erecti, simplices vel biflori, tetragoni. Calyx semiquinquefidus, laciniis acutis, uniformibus, ferè æqualibus. Corolla calyce duplò longior, tubo cylindrico, albido, limbo quinquefido, patente, purpureo, fauce ciliis erectis, purpureis, clausâ. Stamina inclusa. Styli breves, ad basin usque divisi. Herba intensè amara. Variat floribus quadri- et quinquefidis, calycum laciniis semper uniformibus.

5. GEN-

campestris.

5. GENTIANA corollâ quadrifidâ hypocrateriformi fauce barbatâ, laciniis calycinis exterioribus maximis.

Gentiana campestris. *Sp. Pl.* 334. *Huds.* 103.
With. 281. *Sibth.* 86. *Abbot.* 56. *Engl.*
Bot. t. 237. *Fl. Dan. t.* 367.

G. pratensis flore lanuginoso. *Raii Syn.* 275 ?

Gentianella. *Tillands.* 1c. 46.

Angl. Field Gentian.

In pascuis elatis, vel collibus maritimis, solo calcareo vel glareoso.

On Costesy common near Norwich, and near Cley, Norfolk. In Westmoreland, Yorkshire, Durham, and also in Cornwall, Suffex, &c.

Annua. Fl. Septembri.

Habitus præcedentis, sed humilior, magisque ramosa; præcipuè verò discrepat calyce quadripartito, laciniis duabus interioribus oppositis lanceolatis, angustioribus; exterioribus maximis, ovatis.

UMBELLATÆ.

Flores pentapetali superi dispermi.

A. *Involucro universali partialique.*

121. ERYNGIUM. *G. Pl.* 127. *Juss.* 226.

Gærtn. t. 20.

Involucrum polyphyllum. *Flores* capitati. *Receptaculum commune* conicum, paleaceum.
Semina muricata.

maritimum.

1. ERYNGIUM foliis radicalibus subrotundis plicatis spinosis, capitulis pedunculatis.

Eryngium maritimum. *Sp. Pl.* 337. *Huds.* 109.
With. 283. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 10. 3. *Woodv.*
Med. Bot. t. 102. *Fl. Dan. t.* 875.

E. marinum. *Raii Syn.* 222. *Ger. em.* 1162.

Eryngium,

Eryngium, radix. Pharmac. Lond.
Angl. Sea Eryngo. Sea Holly.

In littoribus maritimis arenosis.

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Radix repens, flagelliformis. Herba glauca. Caulis erectus, ramosus, teres, striatus, foliosus. Folia reniformi-subrotunda, plicata, lobata, nervosa, dentata, dentibus spinosis, rigida, glabra; radicalia petiolata. Capitula terminalia, conica. Involucra foliis conformia, patentia. Paleæ tricuspidaæ, floribus longiores, spinosæ. Dentes calycini erecti, spinosi. Flores cærulei.

2. *ERYNGIUM foliis amplexicaulibus pinnato-laciniatis. campestre.*

Eryngium campestre. Sp. Pl. 337. Hudf. 110.

With. 284. Engl. Bot. t. 57. Fl. Dan. t. 554.

Jacq. Austr. t. 155.

E. vulgare. Raii Syn. 222.

E. mediterraneum. Ger. em. 1162.

Eryngium. Fuchf. Hist. 296.

Angl. Field Eryngo.

In pascuis maritimis, rariùs.

By the ferry from Plymouth over to Cornwall, also on the shore called Friar-Goose near Newcastle upon Tyne. *Ray.* By the old Roman way called Watling-street, opposite Brookhall near Daventry, Northamptonshire, as mentioned by *Ray. Rev. Mr. Wood.*

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Herba præcedente ramosior, tenuior, magisque virens. Folia pinnatifida, laciniis lobatis, et sæpe pinnatifidis, spinosis, decurrentibus. Involucra lanceolata. Flores albido-virides. Paleæ indivisæ.

122. HYDROCOTYLE. *G. Pl.* 127. *Juss.* 226.
Gærtn. t. 22.

Umbella simplex. *Invol.* tetraphyllum. *Petalâ*
integra. *Fructus* orbiculatus, compressus.

vulga- 1. HYDROCOTYLE foliis peltatis, umbellis
ris. quinquefloris.

Hydrocotyle vulgaris. *Sp. Pl.* 338. *Huds.* 110.
With. 284. *Relb.* 107. *Sibth.* 91. *Curt.*
Lond. fasc. 6. *t.* 19. *Fl. Dan.* *t.* 90. *Raii*
Syn. 222.

Cotyledon palustris. *Ger. em.* 529.
Angl. Marsh Pennywort. White-rot.

In palustribus et inundatis frequentissima.

Perennis. *Fl.* Maio, Junio.

Caules repentes, filiformes. Folia opposita, petiolata,
peltata, horizontalia, subrotunda, crenata, pallidè viri-
dia, glabra, lucida. Pedunculi axillares, solitarii vel
gemini. Bractææ binæ, scariosæ. Umbella parva,
densa, subquinqueflora, e centro sæpè prolifera. Flores
albi, vel rubicundi, petalis acutis.

inunda- 2. HYDROCOTYLE foliis pinnatis incis: sub-
ta. mergis multifido-capillaceis, umbellis quinque-
floris binatis.

Sison inundatum. *Sp. Pl.* 363. *Huds.* 120.
With. 301. *Relb.* 117. *Sibth.* 98. *Engl. Bot.*
t. 227. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 3. 3. *Fl. Dan.*
t. 89.

Sium pusillum, foliis variis. *Raii Syn.* 212.
S. minimum umbellatum, foliis variis. *Pluk.*
Phyt. t. 61. *f.* 3.

Least Water Parsnep. *Pet. H. Brit. t.* 26. *f.* 4.
Angl. Floating White-rot.

In fossis, stagnis, et inundatis.

Biennis?

Biennis? Fl. Maio.

Caules repentes, natantes, teretes. Folia alterna, petiolis dilatatis, amplexicaulibus, impari-pinnata: foliolis oblongis, trifidis, sæpè pinnatifidis; submersis multifido-capillaceis et decompositis. Pedunculi oppositifolii, bifidi, divaricati. Umbellæ solitariae, quinquefloræ. Involucrum plerumque tetraphyllum. Flores albi, petalis acutis, subæqualibus. Fructus ellipticus, striatus.

123. SANICULA. *G. Pl.* 128. *Juss.* 225.

Gærtn. t. 20.

Umbellæ confertæ, subcapitatæ. *Petala* inflexa. *Fructus* fetis uncinatis muricatus. *Flores* disci abortientes.

1. SANICULA foliis radicalibus simplicibus, flo- *europæa*, ribus omnibus sessilibus.

Sanicula europæa. *Sp. Pl.* 339. *Huds.* 110. *With.* 284. *Relb.* 108. *Sibtb.* 91. *Engl. Bot.* t. 98. *Fl. Dan. t.* 293.

S. five Diapensia. *Raii Syn.* 221. *Ger. em.* 948. *Diapensia.* *Brunf. Herb. v.* 1. 80. *Angl. Wood Sanicle.*

In nemorosis passim.

Perennis. Fl. Maio.

Radix e fibris subcarnosis. Caulis sesquipedalis, erectus, teres, sulcatus, nudiusculus, parùm ramosus, glaber. Folia petiolata, glabra, profundè septemloba, lobis cuneatis, trifidis, incis, serratis, serraturis setiferis. Umbella universalis inæqualis, radiis sæpè ramosis; partiales capitatæ, multifloræ. Involucra universalia diphylla, foliacea, pinnatifida; partialia polyphylla, foliolis lanceolatis, acutis, integris. Flores sessiles, congesti, albi vel rubicundi; centrales masculi, cæteri fœminei, dentibus calycinis elongatis, acutis.

Petala in floribus fœmineis decidua. *D. Wood.*

124. BUPLEURUM. *G. Pl.* 129. *Juss.* 224.
Gærtn. t. 22.

Involucella umbellulis majora, pentaphylla. *Petalata* involuta. *Calyx* obsoletus. *Fructus* subrotundus, compressus, striatus.

rotundi- 1. BUPLEURUM involucris universalibus nullis,
olium. foliis perfoliatis.

Bupleurum rotundifolium. *Sp. Pl.* 340. *Huds.*
111. *With.* 285. *Relb.* 108. *Sibth.* 92.
Abbot. 57. *Engl. Bot. t.* 99. *Dicks. H. Sicc.*
fasc. 11. 6.

B. perfoliatum rotundifolium annuum. *Raii*
Syn. 221.

Perfoliata vulgaris. *Ger. em.* 536.

Angl. Thorow-wax.

Inter fegetes, imprimis solo cretaceo.

Annua. Fl. Julio.

Herba rigens, glabra. Caulis erectus, alternatim ramifusus, teres, foliosus. Folia alterna, perfoliata, ovata, acuta, integerrima, glaucescentia, nervosa. Umbellæ axillares et terminales, solitariae, longius pedunculatae, radiis 6 vel 7, involucri universali planè destituta. Umbellulae suboctofloræ, involucellis pentaphyllis, ovatis, acutis, inæqualibus. Flores flavi, brevius pedicellati.

tenuissi- 2. BUPLEURUM umbellis simplicibus, alternis
mum. subtrifloris, involucris pentaphyllis subulatis.

Bupleurum tenuissimum. *Sp. Pl.* 343. *Huds.*
111. *With.* 285. *Relb.* 109. *Engl. Bot.*
t. 478. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 12. 15.

B. minimum. *Raii Syn.* 221. *Column. Ecphr.*
247. f. 2.

Agostana tenuissima. *Bute v.* 8. 299.

Angl. Slender Thorow-wax. Hare's-ear.

In inundatis maritimis cœnosis.

Salt-

Salt-water ditches at Lynn, Wisbeach, &c.

On the shore near Worthing, Suffex, plentifully.

Mr. T. F. Forster jun.

Annua. Fl. Augusto, Septembri.

Herba rigida, acris, glabra, gracilis, a basi ramosa, ramis erecto-patentibus, flexuosis, foliosis, simplicibus. Folia alterna, lanceolata, angusta, acuta, basi attenuata. Umbellulæ axillares, subsessiles, solitariae, plerumque trifloræ, involucellis subulatis, flores superantibus. Flores flavi. Fructus angulatus.

125. ECHINOPHORA. *G. Pl.* 129. *Juss.* 225.

Involucellum turbinatum, monophyllum, sexfidum. *Flores marginales* masculi, pedicellati; *centralis* fœmineus. *Semina* involucello immersa.

† 1. ECHINOPHORA foliolis subulato-spinosis *spinosa*. trifidis integrisve integerrimis.

Echinophora spinosa. *Sp. Pl.* 344. *Huds.* 112.

With. 285. *Turr. Farset.* 7. *Cavan. Ic.* t. 127.

E. maritima spinosa. *Raii Syn.* 220.

Crithmum spinosum. *Ger. em.* 533.

C. secundum. *Camer. Epit.* 273. *Matth. Valgr.* v. 1. 445. *ed. Baubini* 381.

Pastinaca marina. *Lobel. Ic.* 710. *Baub. Hist.* v. 3. 196. *Dalech. Hist.* 1396.

Prickly Sampire. *Pet. H. Brit. t.* 28. f. 6.

Angl. Prickly Sampire, or Sea Parsnep.

In littoribus maritimis arenosis, hodie dubia civis.

Observed by Mr. Lawson at Roosebeck in Low Furness, Lancashire. *Ray.* Between Feversham and Sea Salter. *Blackstone.* Between Whitstable and the Isle of Thanet, by Sandwich, and near

West-chester. *Gerarde*. Not found by any botanist of the present day.

Perennis. Fl. Julio.

Radix fusiformis, longa, carnosæ. Caulis erectus, ramosissimus, foliosus, sulcatus. Folia opposita, impari-pinnata, foliolis oppositis, subulatis, canaliculatis, integerrimis, scabriusculis, mucronato-pungentibus, subinde trifidis. Umbellæ terminales, magnæ. Involucra foliis conformia. Umbellulæ numerosæ, involucellis etiam spinosis. Flosculi radiantes, albi, rubicundi. Seminum rudimenta duo, quorum alterum plerumque abortit. E speciminibus Italicis descripti.

Radices esculentæ, diureticiæ, aphrodisiacæ. *Turra*. Gustu Pastinacæ sativæ similes, quamquam nonnihil falsedine affectæ, *Cavanilles*.

126. TORDYLIUM. *G. Pl.* 130. *Juss.* 224:
Gertn. t. 21.

Involucra longa, indivisa, *Corollæ* radiatæ. *Flores* omnes hermaphroditici, *Fructus* sub-orbiculatus, compresso-planus, margine crenatus.

officina-
le.

† 1. TORDYLIUM involucellis longitudine florum, foliolis ovatis incisim crenatis, caule pubescente.

Tordylium officinale. *Sp. Pl.* 345. *Huds.* 112?
With. 286?

T. sive Sefeli Creticum minus, *Raii Syn. ed.* 2,
102.

T. Narbonense minus. *Dill. in Raii Syn.* 206,
loco tamen erroneo.

T. Apulum minimum. *Column. Ecphr.* 124,
f. 1?

Sefeli Creticum minus. *Ger. em.* 1050.

Caucalis minor pulchro femine, sive *Bellonii*.
Baub. Hist. v. 3. p. 2. 84.

Angl.

Angl. Small Hart-wort. *Pet. H. Brit. t. 24.*
f. 6.

In arvis rariùs, dubia civis.

Found by Mr. Doody about Isleworth. *Ray.*
About London. *Petiver.*

Annua. Fl. Junio, Julio.

Caulis erectiusculus, ramosus, foliosus, teres, sulcatus, pilis mollibus, brevibus, deflexis, villosus. Folia impari-pinnata, pilosa, scabra; radicalia longissimè petiolata, foliolis ovatis, crenatis, sublobatis, terminali maximo; caulina alterna, subsessilia, foliolis oblongis, argutè serratis et incis. Umbellæ longiùs pedunculatæ, terminales. Involucra et involucella setacea, scabra. Flores carnei, petalis exterioribus maximis, radiantibus.

Distincta species a *Tordyllo* Apulo Linn. et Jacq. Hort.
t. 53.

2. **TORDYLIUM** umbellis confertis radiatis, *maxi-*
foliolis lanceolatis inciso-serratis, caule setis *num.*
deflexis aspero.

Tordylium maximum. *Sp. Pl. 345. With. 286.*
Sibth. 94. Jacq. Austr. t. 142. Dill. in Raii
Syn. 206.

Seseli Creticum majus. *Ger. em. 1050.*

Caucalis major. *Chus. Hist. v. 2. 201.*

C. major femine minùs pulchro hirsuto. *Bauh.*
Hist. v. 3. p. 2. 85.

Angl. Great Hart-wort. *Pet. H. Brit. t. 24.*
f. 5.

In arvis et aggeribus rariùs.

Under the hedge on the north side of the Parks,
Oxford. *Dr. Sibthorp* and *Mr. Woodward.*
I have a wild specimen gathered in Oxfordshire,
but in what precise part I know not. *Morison*
(*Pl. Umbellif. 40.*) mentions it as growing about
London.

Annua. Fl. Junio, Julio.

Caules erecti, tri- vel quadri-pedales, ramosi, foliosi, flexuosi, fulcati, fetis arcuè deflexis undique scabri, intus cavi. Folia impari-pinnata, fetis scabra; caulina ferè omnia foliolis lanceolatis, elongatis, ferrato-incisis; radicalia foliolis ovato-oblongis, lobatis, crenatis. Pedunculi oppositifolii, elongati, asperi. Involucra et involucella setacea, aspera. Umbellulæ centrales subfessiles. Flores albi vel rubicundi, petalis exterioribus paulò majoribus, radiantibus. Fructus fetis undique muricatus, margine crenatus, incrassatus, rubicundus.

127. CAUCALIS. *G. Pl.* 130. *Juss.* 224.

Gærtn. t. 20.

Involucra indivisa. *Corollæ* radiatæ. *Flores* disci masculi. *Fructus* subovatus, striatus, fetis rigidis muricatus.

Daucoi-
des.

1. CAUCALIS umbellis trifidis nudis, umbellulis tricarpis, involucellis triphyllis, foliis supradecompositis.

Caucalis daucoides. *Syst. Nat. ed.* 12. 205. *ed.* 14. 276. *Mant.* 351. *Huds.* 112. *With.* 287. *Relb.* 109. *Sibth.* 92. *Abbot.* 58. *Engl. Bot. t.* 197. *Jacq. Austr. t.* 157.

C. leptophylla. *Huds. ed.* 1. 99. nec Linn.

C. tenuifolia, flosculis subrubentibus. *Raii Syn.* 219.

C. albis floribus. *Ger. em.* 1021.

Conium Royeni. *Sp. Pl.* 350.

Echinophora tertia *leptophyllum* purpurea. *Column. Ecphr.* 96. *t.* 97. *f.* 2.

Fine-leaved Bur-parsley. *Pet. H. Brit. t.* 27. *f.* 8.

Angl. Small Bur-parsley.

In arvis solo cretaceo.

At Marham, Norfolk. *Mr. Crowe.* Carlby, between

tween Stamford and Bourn. *Mr. Woodward.*
Thorp-arch, Yorkshire; *Mr. Aikin. With.* In
Cambridgeshire frequent, also in Oxfordshire.

Annua. Fl. Junio.

Radix fusiformis, parva. Caulis ramosus, flexuosus, divaricatus, foliosus, angulatus, angulis subinde scabriusculis. Folia alterna triplicato-pinnata, foliolis pinnatifidis, glabris, nervis subtus aculeatis. Umbellæ oppositifoliæ, pedunculo foliis longiore, divaricato, sulcato. Radii generales plerumque tres, sæpe cum uno alterove minore et imperfectiore. Involucrum vix ullum. Umbellulæ e floribus pluribus, incarnatis, parum radiantibus, quorum tres plerumque fructum perficiunt. Involucellæ pentaphyllæ, umbellulis breviora. Fructus elliptico-teres, nec compressus, costis utrinque quatuor, setis porrectis, uncinatis, per singulam costam digestis, minoribus interstinctis, muricatus.

2. CAUCALIS umbellis trifidis involucratis, umbellulis pentacarpis, foliis pinnatis serratis.

Caucalis latifolia. *Syst. Veg. ed. 12. 205. ed. 14. 276. Hudf. 113. With. 288. Relb. 110. Abbot. 58. Engl. Bot. t. 198. Jacq. Hort. t. 128.*

C. arvensis echinata latifolia. *Raii Syn. 219. Mill. Ic. t. 85.*

C. secunda. *Tabern. Kreuterb. 290.*

Tordylium latifolium. *Sp. Pl. 345. Hudf. ed. 1. 98.*

Echinophora quarta major platyphyllon purpurea. *Column. Ecphr. 98. t. 97. f. 1.*

Broad Bur-parfley. *Pet. H. Brit. t. 27. f. 6.*

β. *Echinophora laciniata.* *Dill. in Raii Syn. 219. Pet. H. Brit. t. 27. f. 7.*

Angl. Great Bur-parfley.

In arvis solo cretaceo rariùs.

In Cambridgeshire not uncommon.

Annua.

Annua. Fl. Julio.

Caulis erectus, tripedalis, ramosus, angulatus, fetis sparsis porrectis vel adscendentibus asper. Folia alterna, impari-pinnata, pinnis lanceolatis, decurrentibus, oppositis, acutè ferratis, glaucescentibus, scabris. Pedunculi oppositifolii vel terminales, longissimi, scabri. Radii generales tres, rarius quatuor, validi, angulati, asperi. Involucrum e foliolis tribus vel quatuor, ovatis, brevibus, margine membranaceis. Umbellulæ e floribus pluribus, rubris, radiantibus, quorum quinque plerumque fertiles sunt. Involucella involucri similia, carinâ subinde muricatâ. Fructus ovatus, fetis purpureis, retrorsum scabris, muricatus.

Anthriscus. 3. CAUCALIS umbellis multifidis confertis, involucri polyphylo, foliolis pinnatifidis, ramis erectiusculis.

Caucalis Anthriscus. *Huds.* 114. *With.* 288.

Relb. 111. *Sibth.* 93. *Curt. Lond. fasc.* 6. t. 22. *Fl. Dan. t.* 919. *Lightf.* 155.

C. minor, flosculis rubentibus. *Ger. em.* 1022.

Raii Syn. 219.

Tordylium Anthriscus. *Sp. Pl.* 346. *Jacq.*

Austr. t. 261.

Angl. Upright Hedge Parsley.

In sepibus, et versuris agrorum.

Annua. Fl. Julio.

Radix fusiformis, flavicans. Caulis erectus, ferè tripedalis, foliosus, sulcatus, pilis arctè deflexis scaber, ramosus, ramis alternis, erectiusculis. Folia alterna, bipinnata, pinnis oppositis, pinnatifidis et incisis, scabris, terminali elongato. Petiolus communis dilatatus, canaliculatus. Umbellæ terminales, erectæ, multiradiatæ. Umbellulæ congestæ, planæ. Involucrum polyphyllum, foliolis subulatis, scabris, radio longè brevioribus. Involucella longitudine ferè pedicellorum. Flores albi vel rubicundi, parvi, parùm radiantes. Antheræ violaceæ. Styli divaricato-reflexi. Fructus ovatus, parvus, fetis incurvis muricatus, apicè violaceus.

4. CAU.

4. CAUCALIS umbellis multifidis confertis, in-*infesta*,
volucro universalis subnullo, foliolis pinnati-
fidis, ramis divaricatis.

Caucalis infesta. *Curt. Fl. Lond. fasc. 6. t. 23.*

C. arvensis. *Huds. 113. With. 288. Relb. 110.*

Sibth. 92. Lightf. 155. Ait. Hort. Kew. v. 1.
334. Abbot. 58.

C. helvetica. *Jacq. Hort. Vind. v. 3. t. 16.*

C. segetum minor, Anthriscus hispido similis.
Raii Syn. 220.

Scandix infesta. *Linn. Syst. Nat. ed. 12. v. 3.*
732. Herb. Linn.

Angl. Spreading Hedge Parsley.

In arvis et ad vias.

Annua. Fl. Julio.

Radix fusiformis, albida. Caulis subsesquipedalis, erectus,
foliosus, teres, striatus, scabriusculus, ramosissimus, ra-
mis divaricatis, alternis. Folia ferè præcedentis. In-
volucrum universale sæpiùs nullum, subinde mono-
phyllum. Involucella polyphylla. Flores radiantes,
albi, flavescentes, rariùs carnei. Antheræ flaveolæ,
subindè purpurascens. Fructus præcedentis, sed ma-
jor, neque apice violaceus.

5. CAUCALIS umbellis lateralibus simplicibus *nodosa*,
subsessilibus, caule prostrato.

Caucalis nodosa. *Huds. 114. With. 289.*

Relb. 111. Sibth. 93. Engl. Bot. t. 199.

C. nodosa echinato semine. *Raii Syn. 220.*

Tordylium nodosum. *Sp. Pl. 346. Jacq. Austr.*
app. t. 24.

Knotted rough parsley. *Pet. H. Brit. t. 27.*
f. 11.

Angl. Knotted Stone Parsley.

Ad margines agrorum, imprimis solo glareoso vel
calcareo.

Annua.

Annua. Fl. Maio, Junio.

Radix parva. Caules prostrati, ramosi, teretes, foliosi, retrorsum scabri. Folia glaucescentia, bipinnata, pinnulis pinnatifidis et incisis. Umbellæ oppositifoliæ, solitariae, subsessiles, simplices, congestæ, albæ vel rubicundæ. Semina exteriora tantum muricata.

128. DAUCUS. *G. Pl.* 131. *Juss.* 224.

Gærtn. t. 20.

Involucra pinnatifida. *Corollæ* subradiatæ. *Fructus* muricatus.

Carota. 1. DAUCUS fructibus hispidis, petiolis subtus nervosis.

Daucus Carota. *Sp. Pl.* 348. *With.* 289.

Relb. 112. *Sibth.* 93. *Woodv. Med. Bot.*

t. 161. *Fl. Dan. t.* 723. *Mart. Fl. Rust. t.* 82.

D. polygamus. *Gouan. Obs.* 9. *Jacq. Hort. Vind. v.* 3. *t.* 78.

D. vulgaris. *Raii Syn.* 218.

Caucalis carota. *Huds.* 114.

Caulis spithamæus, ramosus, angulatus, fulcatus, purpureus. Folia bipinnata, foliolis linearibus, uniformibus, canaliculatis. Umbellæ numerosæ, paniculatæ, simplices et compositæ, erectæ. Flores albidî; masculini germine plerumque destituti; fœminei antheris abortivis muniti. Stigmata capitato-globosa. Fructus ovatus, fulcatus.

154. APIUM. *G. Pl.* 146. *Juss.* 219.

Gærtn. t. 22.

Fructus ovatus, costatus. *Petala* inflexa, æqualia. *Involucrum* monophyllum.

1. APIUM foliolis caulinis cuneiformibus, caule *grave-*
fulcato. *olens.*

Apium graveolens. Sp. Pl. 379. *Huds.* 129.

With. 314. *Relb.* 125. *Sibth.* 103. *Fl. Dan.*
t. 790.

A. palustre et officinarum. Raii Syn. 214.

Apium. Fuchs. Hist. 744.

A. palustre. Camer. Epit. 527.

Eleoselinum five Paludapium. Ger. em. 1014.

Angl. Smallage. Wild Celery.

In fossis et paludibus, præsertim maritimis.

Biennis. Fl. Augusto.

Radix fusiformis. *Caules* patuli, elongati, fulcati, foliosi, glabri. *Folia* lucida, ternata, foliolis cuneatis, incis.

Umbellæ terminales et laterales, subinde sessiles, inæquales. *Involucrum* sæpe nullum. *Flores* albidî, parvi.

Fructus ovato-suborbiculatus.

Herba acris, foetida, venenata, culturâ subdulcis et esculenta evadit.

155. ÆGOPODIUM. *G. Pl.* 146. *Juss.* 219.

Gærtn. t. 140.

Fructus ovato-oblongus, costatus. *Petala* inflexo-cordata, inæqualia.

1. ÆGO-

Podagra- 1. **ÆGOPODIUM.***ria.*

*Ægopodium Podagraria. Sp. Pl. 379. Hudsf. 129.
With. 314. Relb. 126. Sibth. 103. Fl. Dan.
t. 670.*

*Angelica sylvestris minor seu erratica. Raii
Syn. 208.*

Herba Gerardi. Ger. em. 1001.

Angl. Gout-weed. Pet. H. Brit. t. 25. f. 10.

In cultis, umbrosis ruderalis, et ad sepes.

Perennis. Fl. Maio, Junio.

*Radix repens, vix extirpanda. Caules erecti, sulcati,
foliosi. Folia radicalia biternata; caulina ternata;
foliolis petiolatis, ovatis, acutis, duplicato-ferratis, gla-
bris. Umbellæ terminales, solitariae, multiradiatae.
Flores nivei. Petala parum inæqualia. Fructus ferè
ellipticus, utrinque tricostratus.*

III. TRIGYNIA.

156. **VIBURNUM.** *G. Pl. 147. Juss. 213.
Gærtn. t. 27.*

*Cal. superus, quinquepartitus. Cor. quinque-
fida. Bacca monosperma.*

Lanta- 1. **VIBURNUM** foliis cordatis ferratis venosis
na. subtus tomentosis.

*Viburnum Lantana. Sp. Pl. 384. Hudsf. 129.
With. 315. Relb. 126. Sibth. 104. Engl.
Bot. t. 331. Jacq. Austr. t. 341.*

Viburnum. Raii Syn. 460. Camer. Epit. 122.

Lantana, five Viburnum. *Ger. em.* 1490.

Angl. Mealy Guelder-rose. Way-faring Tree.

In nemorosis et sepibus, solo calcareo.

Arbuscula. Fl. Maio.

Rami teretes, viminei; juniores tomentosi, foliosi. Folia opposita, petiolata, cordata, obtusa, ferrata, venosa, subtus præcipuè villis stellatis pubescentia, demum rubicunda, decidua. Stipulae nullae. Cymae terminales, solitariae, tomentosae, multiflorae. Calyx minutus. Corolla alba, semiquinquefida, patens. Stamina inter lacinias inserta. Stigmata sessilia, brevissima, obtusa. Baccæ compressae, farinosae, nigrae. Semen cordatum, compressum, sulcatum.

2. VIBURNUM foliis lobatis, petiolis glandu-*Opulus.*
lofis.

Viburnum Opulus. *Sp. Pl.* 384. *Huds.* 130.

With. 315. *Relb.* 127. *Sibth.* 104. *Fl. Dan.*
t. 661. *Engl. Bot. t.* 332.

Opulus. *Raii Syn.* 460.

Sambucus aquatilis five palustris. *Ger. em.* 1424.

S. aquatica. *Camer. Epit.* 977.

Angl. Common Guelder-rose. Water Elder.

In umbrosis et sepibus humidis.

Arbuscula. Fl. Junio.

Arbuscula glabra, ramosissima, ramis oppositis, teretibus. Folia subcordata, triloba, inæqualiter ferrata, venosa, subtus pallidiora, sero autumno saturatè rosea, decidua. Petioli basin versus foliolosi, apice glanduliferi. Cymae terminales, solitarii, multiflori, nivei, radiantes, floribus exterioribus abortivis, dilatatis, irregularibus. Baccæ ellipticae, rubrae, succosae. Semen compressum, subcordatum.

157. SAMBUCUS. *G. Pl.* 147. *Juss.* 214.

Gartn. t. 27.

Cal. superus, quinquepartitus. *Cor.* quinquenda.

Bacca trisperma.

1. SAM-

Ebulus. 1. **SAMBUCUS** cymis tripartitis, stipulis foliaceis, caule herbaceo.

Sambucus Ebulus. *Sp. Pl.* 385. *Huds.* 130.
With. 316. *Relb.* 127. *Sibth.* 104. *Abbot.* 70.
Curt. Lond. fasc. 3. t. 18. *Engl. Bot.* t. 475.
Woodv. Suppl. t. 260.

S. humilis, seu *Ebulus.* *Raii Syn.* 461.

Ebulus. *Camer. Epit.* 979. *Fuchs. Hist.* 65.
Ic. 38.

E. five Sambucus humilis. *Ger. em.* 1426.

Angl. Dwarf Elder. *Danewort.*

In ruderatis et ad sepes, minùs vulgaris.

Perennis. *Fl. Julio.*

Radix repens. Caules herbacei, simplices, erecti, tripedales, fragiles, teretiusculi, sulcati, scabri, foliosi. Folia opposita, impari-pinnata, atro-viridia, læviuscula, venosa, ferrata; foliolis basi inæqualibus et sæpiùs glandulosis. Stipulæ foliaceæ, ferratæ, magnæ. Cyma terminalis, trifida, ramis ramulosis, pilosis, multifloris. Flores omnes pedicellati, tristè incarnati. Stamina crassa, erecta; alba. Antheræ bilobæ, rubræ. Baccæ globosæ, nigræ. Planta foetida, cathartica, teterima.

nigra. 2. **SAMBUCUS** cymis quinquepartitis, foliolis ovatis ferratis, caule arboreo.

Sambucus nigra. *Sp. Pl.* 385. *Huds.* 130.
With. 316. *Relb.* 128. *Sibth.* 105. *Woodv.*
Med. Bot. t. 78. *Fl. Dan.* t. 545. *Engl. Bot.*
t. 476.

Sambucus. *Raii Syn.* 461. *Ger. em.* 1422.
Camer. Epit. 975.

β. *S. fructu albo.* *Ger. em.* 1422.

S. acinis albis. *Raii Syn.* 461.

γ. *S. laciniatis foliis.* *Ger. em.* 1422.

S. laciniato folio. *Raii Syn.* 461.

Sambucus, cortex interior, flos, bacca. *Pharmac.*
Lond.

Angl.

Angl. Common Elder. γ Parsley-leaved Elder.

In sepibus et nemorosis vulgatissima.

Arbuscula. Fl. Junio.

Arbor humilis, ramosissima. Rami oppositi, teretes, cinerei, glabri. Folia opposita, impari-pinnata, foliolis plerumque quinis, ovatis, ferratis, glabris. Stipulae vix ullae. Cymae terminales, quinquesidæ, multifloræ. Flores lactei, suaveolentes, plerumque pedicellati. Stamina divaricata. Baccæ globosæ, atro-purpureæ, subdulces sed nausiosæ; in β et γ albidæ, minusque ingratae.

158. STAPHYLEA. *G. Pl.* 148. *Juss.* 377.

Gærtn. t. 69.

Cal. inferus, quinquepartitus. *Pet.* quinque.

Capsulae inflatae, connatae. *Semina* bina, globosa, cum cicatrice.

1. STAPHYLEA foliis pinnatis, stylis capsulisque *pinnatis*, binis.

Staphylea pinnata. *Sp. Pl.* 386. *Huds.* 131.

With. 317.

Staphylodendron. *Raii Syn.* 468. *Baub. Hist.*

v. 1. 274. *Camer. Epit.* 171.

Nux vesicaria. *Ger. em.* 1437.

Angl. Bladder-nut tree.

In sepibus, vix indigena.

In hedges about Pontefract, Yorkshire, but scarcely in sufficient plenty to be deemed certainly wild.

Ray. About Ashford, Kent. *Parkinson.*

Frutex. Fl. Junio.

Arbuscula humilis, ramosa, Fraxini facie, glabra. Folia alterna, impari-pinnata, foliolis quinis, ovatis, ferrulatis, acutis. Racemi terminales, compositi, nutantes. Bractææ fetacæ, membranacæ. Flores campanulati, luteoli. Capsulae binæ, rarius ternæ, membranacæ,

ventricosæ, plerumque dispermæ. Semina globosa, fusca, nitida, dura.

159. TAMARIX. *G. Pl.* 148. *Juss.* 313.

Gærtn. t. 61.

Cal. inferus, quinquepartitus. *Pet.* quinque. *Capsula* unilocularis, trivalvis. *Semina* papposa.

gallica. 1. TAMARIX floribus pentandris.

Tamarix gallica. *Sp. Pl.* 386. *With.* 318. *Sym. Syn.* 77. *Tr. of Linn. Soc. v.* 3. 333. *Mill. Ic. t.* 262. *f.* 1.

Tamariscus Narbonensis. *Ger. em.* 1378. *Lob. Ic. p.* 2. 218.

Myrica. *Camer. Epit.* 74. *f.* 1.

Angl. French Tamarisk.

In fissuris rupium, aggeribusque, maritimis Angliæ australis.

Plentiful on St. Michael's mount, Cornwall, and every where about the Lizard point, though chiefly on the banks of earth called hedges, first communicated by Mr. Giddy. *With.* Also near Hurst castle, Hants. *Mr. W. G. Maton.* On the cliff to the east of Hastings. *Rev. Dr. Goodenough.*

Frutex. *Fl.* Julio.

Rami viminei, nutantes, teretes, rubri, nitidi, ramulis secundis foliosis. Folia parva, imbricata, acuta, subcarnosa, lævia. Flores racemosi, bracteolati, incarnati, elegantes. Ovibus pabulum gratissimum præbet, confer *Tour on the Continent, v.* 2. 321.

160. CORRIGIOLA. *G. Pl.* 149. *Juss.* 313.

Gærtn. t. 75.

Cal. inferus, pentaphyllus. *Pet.* quinque. *Semen* unicum, rotundato-triquetrum.

1. COR-

I. CORRIGIOLA.

*littoralis.**Corrigiola littoralis.* *Sp. Pl.* 388. *With.* 318.*Fl. Dan. t.* 334. *Dicks. Dr. Pl.* 61. *H. Sicc. fasc.* 14. 10.*Polygoni*, vel *Linifolia* per terram sparsa, flore *Scorpioides.* *Baub. Hist. v.* 3. *p.* 2. 379.*Polygonum polyspermon litoreum minus*, flosculis ex spadiceo albicantibus. *Morif. sect.* 5. *t.* 29. *f.* 1.*Angl.* Sand Strapwort.

In littoribus maritimis Angliæ australis.

Found by Mr. Hudson on Slapham sands beyond Dartmouth, and near the Star point. *Mr. Martin.* On the beach near the tin mine at Helston, Cornwall. *F. Borone.**Annua.* *Fl.* Julio, Augusto.*Radix gracilis.* Caules numerosi, prostrati, subsimplices, teretes, glabri, foliosi. Folia alterna, lineari-lanceolata, obtusa, integerrima, subcarnosa, glabra, glauca, basi attenuata. Stipulæ membranaceæ, lunatæ. Thyrsi terminales et laterales, multiflori, bracteolati. Flores albi, exigui. Calyx corollaque persistentes.

IV. TETRAGYNIA.

361. PARNASSIA. *G. Pl.* 151. *Juss.* 245.*Gærtn. t.* 60.*Cal.* quinquepartitus. *Pet.* quinque. *Nectararia* quinque, cordata, ciliata apicibus globosis.*Capsula* quadrivalvis.

Z 2

1. PAR.

palustris. 1. PARNASSIA.

Parnassia palustris. *Sp. Pl.* 391. *Huds.* 131.
With. 319. *Relb.* 129. *Sibth.* 105. *Ab-*
bot. 71. *Engl. Bot.* t. 82. *Dicksf. H. Sicc.*
fasc. 7. 10. *Fl. Dan.* t. 584. *Mill. Illustr.*
t. 15.

P. vulgaris et palustris. *Raii Syn.* 355.

Gramen Parnassi. *Ger. em.* 840.

Angl. Grass of Parnassus.

In palustribus spongiosis copiosè.

Perennis. *Fl.* Septembri, Octobri.

Radix fibrosa. *Caulis erectus, simplex, angulatus, tortus,*
glaber, unifolius et uniflorus. Folia cordata, integer-
rima, nervosa, glabra; radicalia plurima, longius peti-
olata. Flos terminalis, formosus, niveus. Petala ca-
lyce longiora, cordata, concava, venis pellucidis picta.
Nectaria petalis opposita atque breviora, carnosa, fetis
apice globiferis radiato-ciliata. Stamina inter necta-
ria, calyci opposita, pistillo ordinatim incumbentia.
Antheræ cordatæ, ochroleucæ. Germen ovatum, stig-
matibus sessilibus. Semina numerosa, minuta.

V. PENTAGYNIA.

162. STATICE. *G. Pl.* 153. *Juss.* 92.
Gartn. t. 44.

Cal. monophyllus, integer, plicatus, scariosus.
Pet. quinque. *Semen unicum, superum.*

Armeria. 1. STATICE scapo simplici capitato, foliis line-
 aribus.

Statice

Statice Armeria. *Sp. Pl.* 394. *Huds.* 132.

With. 319. *Relb.* 129. *Lightf.* 173. *Engl.*

Bot. t. 226. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 2. 9.

S. montana minor. *Raii Syn.* 203.

Caryophyllus marinus minimus Lobelii. *Ger. em.* 602.

Angl. Thrift. Sea Gilliflower.

In maritimis limosis, etiam in pratis irriguis alpinis, rupiumque fissuris.

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Radix lignosa. Folia radicalia, cæspitosa, linearia, canaliculata, glabra. Scapi erecti, simplices, pubescentes, primo ortu membranâ cylindricâ, involucri adnatâ, tecti. Flores capitati, rosei. Involucrum polyphyllum, imbricatum, scariosum. Calyx parvus, erectus. Petala obovata, unguiculata.

2. STATICE scapo paniculato tereti, foliis lævi- *Limoni-*
bus enervibus, sub apice aristatis. *um.*

Statice Limonium. *Sp. Pl.* 394. *Huds.* 132.

With. 320. *Engl. Bot. t.* 102. *Fl. Dan.*

t. 315.

Limonium. *Raii Syn.* 201. *Camer. Epit.* 721.

Ger. em. 411.

β. *L. minus.* *Raii Syn.* 202.

L. parvum. *Ger. em.* 411.

γ. *L. Anglicum minus,* caulibus ramosioribus, floribus in spicis rariùs fitis. *Dill. in Raii Syn.* 202.

Angl. Sea Lavender.

In maritimis cœnosis vulgaris.

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Radix lignosa. Herba magnitudine maximè varians, lævis. Folia obovato-lanceolata, sub apice mucronulata, integerrima, avenia. Scapus alternatim ramosus, ramulis corymbosis. Flores cyanei, speciosi, bracteati.

- reticulata.* 3. STATICE scapo paniculato prostrato flexuoso, ramis inferioribus sterilibus, foliis cuneiformibus muticis.

Statice reticulata. *Sp. Pl.* 394. *Huds.* 133.
With. 320. *Engl. Bot. t.* 328. *Hill. Fl. Brit.*
t. 25. *f.* 2.

Angl. Matted Sea Lavender.

In littoribus maritimis cœnosis Angliæ orientalibus.

About Wells, Cley and Brancaster. *Mr. Crowe.*
 At Holme by the sea, Norfolk. *Rev. Mr. Sutton.*
 Below Wisbeach. *Rev. Mr. Hemsted.*

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Radix lignosa. Folia spatulata, acuta, nec aristata. Scapi prostrati, ramosissimi; ramulis divaricatis, teretibus; inferioribus sterilibus. Flores terminales, fasciculati, cærulei, bracteis obtusis suffulti,

163. LINUM. *G. Pl.* 153. *Juss.* 303.
Gartn. t. 112.

Cal. pentaphyllus. *Pet.* quinque. *Capsula*
 supera, decemvalvis, decemlocularis. *Semina*
 solitaria.

* *Foliis alternis.*

- usitatissimum.* 1. LINUM foliolis calycinis ovatis acutis trinerviis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule subsolitario.

Linum usitatissimum. *Sp. Pl.* 397. *Huds.* 133.
With. 321. *Relb.* 130. *Curt. Lond. fasc.* 5. *t.* 22.
Woodv. Med. Bot. t. 111. *Mart. Fl. Rust. t.* 133.

L. sylvestre, fativum planè referens. *Raii Syn.*
 362.

Linum, *semen.* *Pharmac. Lond.*

Angl. Common Flax,

Inter

Inter segetes frequens.

Annua. Fl. Julio.

Radix parva, fibrosa, annua. Caulis erectus, subsolitaris, basi simplex, supernè paniculatus, teres, glaber, foliosus. Folia alterna, lanceolata, acuminata, integerrima, trinervia, glabra. Flores pedunculati, erecti, cyanei. Folia calycina ovata, acuminata, trinervia, glabra, margine membranacea et subciliata. Petala obovata, obsolete crenata vel erosa, lineata. Stamina basi connata. Stigmata clavata, obtusa. Capsula acuminata. Semina elliptica, nitidissima.

2. LINUM foliolis calycinis obovatis obtusis sub *perenne*, quinquenervibus glabris, caulibus numerosis adscendentibus.

Linum perenne. *Sp. Pl.* 397. *Huds.* 133. *With.* 321. *Relb.* 130. *Engl. Bot. t.* 40. *Mart. Fl. Rust. t.* 134.

L. sylvestre cæruleum perenne erectius, flore et capitulo majore. *Raii Syn.* 362.

β. L. sylvestre cæruleum perenne procumbens, flore et capitulo minore. *Raii Syn.* 362.

Angl. Perennial Blue Flax,

In montosis cretaceis.

In Cambridgeshire, Northamptonshire and Westmoreland. At Marham, Norfolk.

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Radix lignosa, multiceps. Caules plurimi, patentes, adscendentes (in β procumbentes), teretes, glabri, foliosi, apice parùm ramosi, ramis racemosis. Folia linearilanceolata, acuminata, subrecurva, uninervia, glauca, glabra, integerrima. Flores erecti, cyanei, præcedente parùm minores. Foliola calycina obovata, subinde mucronulata, apice albida, basi quinquenervia. Petala emarginata. Stamina longitudine stylorum vel duplò breviora. Stigmata capitato-obtusa. Capsula obtusiuscula.

- angusti-* 3. LINUM foliolis calycinis ellipticis subtrinervi-
folium. bus capsulisque acuminatis, foliis lineari-lanceolatis trinervibus, caulibus numerosis.

Linum angustifolium. *Huds.* 134. *With.* ed. 2. 329. *Engl. Bot. t.* 381.

L. tenuifolium. *With.* 323. *Sp. Pl.* 399 ζ.

L. sylvestre angustifolium, floribus dilutè purpurascens vel carneis. *Raii Syn.* 362.

Angl. Narrow-leaved Pale Flax.

In pascuis arenosis vel calcareis, præcipuè maritimis.

About St. Ives and Truro in Cornwall plentifully.

Ray. In several parts of Kent. *Huds.* Near Walsingham, and in Gunton fields, Norfolk.

Rev. Mr. Bryant. At Darsham, Suffolk. *Mr. Davy.*

Perennis. Fl. Julio.

Habitus præcedentis, sed caules pauciores, suberecti. Folia lineari-lanceolata, integerrima, glabra, trinervia, subinde quinquenervia. Ramuli paniculati, vix racemosi. Flores dilutè purpurei. Folia calycina elliptica, acuminata, obsoletè trinervia, nervis lateralibus post florescentiam præcipuè manifestis. Petala integra, vel subemarginata. Stamina brevissima. Styli subclavati, vix capitati.

A *L. tenuifolio* vero Linnæi (*Hall. Hist. n.* 838) toto cælo diversum est, atque primo intuitu dignoscitur calycibus nequaquam glandulosè ciliatis.

* * *Foliis oppositis.*

- catharti-* 4. LINUM foliis oppositis obovato-lanceolatis,
cum. caule supernè dichotomo, petalis acutis.

Linum catharticum. *Sp. Pl.* 401. *Huds.* 134.

With. 323. *Relb.* 131. *Sibth.* 106. *Curt.*

Lond. fasc. 3. t. 19. *Mart. Fl. Rust. t.* 135.

Dicks. H. Sicc. fasc. 3. 7. *Engl. Bot. t.* 382.

L. syl-

L. sylvestre catharticum. *Raii Syn.* 362. *Ger. em.* 560.

Angl. Purging Flax. Mill-mountain.

In pascuis elatis ficcioribus.

Annua. Fl. Junio—Augusto.

Radix exigua. Herba glabra, amara, cathartica. Caules foliosi, erecti, basi simplices, supernè dichotomi, multiflori. Folia opposita, subelliptico-lanceolata, obtusa, integerrima. Flores parvi, albi, ante expansionem nudentes. Folia calycina uninervia, ferrata. Petala acuta. Stamina monadelphæ. Stigmata capitata.

Obs. Lini genus vix minùs quam Geranium, cui affine est, staminibus monadelphis gaudet, ut etiam species plurimæ Oxalidis.

164. SIBBALDIA. *G. Pl.* 155. *Juss.* 337.
Gertn. t. 73.

Cal. decemfidus. *Pet.* 5, calyci inserta. *Styli*
e latere germinis. *Semina* 5 in fundo calycis.

1. SIBBALDIA foliolis tridentatis cuneiformibus. *procumbens.*

Sibbaldia procumbens. *Sp. Pl.* 406. *Huds.* 136. *bens.*

With. 326. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 10. 12. *Fl.*

Dan. t. 32.

Fragariæ sylvestri affinis planta, flore luteo. *Sibb.*

Scot. p. 2. 25. *t.* 6. *f.* 1.

Pentaphylloides pumila, foliis ternis ad extremitates trifidis. *Raii Syn.* 256.

Scotch Cinquefoil. *Pet. H. Brit. t.* 41. *f.* 7.

Angl. Procumbent Sibbaldia.

In alpinis Scotiæ copiosè, solo micaceo.

Near the top of Ben Lomond.

Perennis. Fl. Julio.

Radix lignosa, multiceps, extùs nigra. Caules brevissimi, foliosi. Folia longiùs petiolata, ternata; foliolis obcuneatis, pilosis, apice tridentatis. Stipulæ binæ, petiolo

petiolo adnatæ. Pedunculi corymbosi. Flores exigui, lutei. Calyx pilosus, persistens, laciniis alternis majoribus. Petala obovata, integra. Stamina brevissima. Styli quinque, rarius decem. Semina ovata, gibba. Plukenetii tab. 212. f. 3, mihi videtur ad *Potentillam* subacaulē pertinere.

VI. HEXAGYNIA.

165. DROSER. *G. Pl.* 154. *Juss.* 245.
Gærtn. t. 61.

Cal. quinquefidus. *Pet.* 5. *Capsula* unilocularis, trivalvis, supera, polysperma.

rotundi-
folia. 1. DROSER foliis orbiculatis radicalibus, scapo racemoso.

Drosera rotundifolia. *Sp. Pl.* 407. *Huds.* 135.
With. 323. *Relb.* 131. *Sibth.* 106. *Fl. Dan.*
t. 1028.

Ros Solis folio rotundo. *Raii Syn.* 356. *Ger.*
em. 1556.

β. *Corella rotundifolia* perennis. *Raii Syn.* 356.
Angl. Round-leaved Sun-dew.

In paludibus turfosis.

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Radix fibrosa. Folia radicalia, petiolata, obovato-subrotunda, obtusissima, integerrima, concava, supra pilis rubris viscosis tecta. Scapi plures, erecti, palmares, teretes, glabri. Racemus terminalis, plerumque solitarius, recurvus, simplex. Flores pedicellati, erecti, albi. Calycis laciniæ ellipticæ, obtusæ. Petala ob-

ovata. Stamina petalis breviora. Styli sex. Stigmata clavata. Capsula trivalvis, valvulis medio feminiferis. Quandoque caulescit, ex observationibus D. Williams, Bot. Prof. Reg. Oxonii.

2. DROSER A foliis obovatis radicalibus, scapo *longifolia*.
racemoso.

Drosera longifolia. *Sp. Pl.* 403. *Huds.* 135.
With. 324. *Relb.* 132. *Dicks. H. Sicc.*
fasc. 14. 9.

Ros Solis folio oblongo. *Raii Syn.* 356. *Ger.*
em. 1556. *Morif. sect.* 15. *t.* 4. *f.* 2.

β. *Rorella longifolia perennis*. *Raii Syn.* 356.
Angl. Long-leaved Sun-dew.

In paludibus cum priore.

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Habitus præcedentis, sed folia obovata, vel oblonga, obtusa. Variat stylis novem. *D. Sowerby*. Hæc quoque aliquando caulescit. *D. Williams*.

3. DROSER A foliis oblongis obtusis radicalibus, *anglica*.
floribus octogynis, capsulis quadrivalvibus.

Drosera anglica. *Huds.* 135. *With.* 324. *Dicks.*
H. Sicc. fasc. 2. 7. *Abbot.* 72.

Rorella longifolia maxima. *Raii Syn.* 356.

Ros Solis major longiore folio et erectiore. *Morif. sect.* 15. *t.* 4. *f.* 1.

Angl. Great Sun-dew.

In paludibus minùs frequens.

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Cum *D. longifolia* convenit formâ, sed duplò major est, foliis plerumque lineari-obovatis. Styli octo. Capsula quadrivalvis.

Hæ omnes quam maximè affines sunt.

VII. POLYGYNIA.

166. MYOSURUS. *G. Pl.* 155. *Juss.* 233.
Gærtn. t. 74.

Cal. pentaphyllus, basi appendiculatus. *Pet.* 5,
ungue tubuloso, nectarifero. *Semina* nume-
rosa, nuda.

minimus. 1. MYOSURUS.

Myosurus minimus. *Sp. Pl.* 407. *Huds.* 136.
With. 326. *Relb.* 132. *Sibth.* 107. *Ab-*
bot. 72. *Curt. Lond. fasc.* 4. *t.* 26. *Dicks.*
H. Sicc. fasc. 12. 18. *Engl. Bot. t.* 435. *Fl.*
Dan. t. 406.

Myosuros. *Raii Syn.* 251.

Cauda Muris. *Ger. em.* 426. *Tillands.* *lc.* 108.
Angl. Mouse-tail.

In arvis solo glareoso.

Annua. *Fl.* Maio.

Radix fibrosa, parva. *Folia* radicalia, erectiuscula, line-
ari-spatulata, obtusiuscula, integerrima, subcarnosa,
glabra, subinde, monente Hudsono, hirsuta. *Scapi*
plures, erecti, simplices, foliis longiores, teretes, superne
incrassati, uniflori. *Flos* parvus, erectus, flavo-viridis.
Receptaculum subulatum, seminibus nudis numerosis-
simis tectum.

Classis VI.

HEXANDRIA.

Stamina 6.

MONOGYNIA.

Stylus 1.

* *Fl. calyculati, calyce corollâque instructi.*

182. FRANKENIA. Cor. pentapetala. Cal. monophyllus, inferus. Caps. unilocularis, polysperma.
181. BERBERIS. Cor. hexapetala. Cal. hexaphyllus, inferus. Bacca disperma.
183. PEPLIS. Cor. hexapetala. Cal. decemfidus. Caps. bilocularis.

Lythrum hyssopifolium.

** *Fl. spathacei sive glumacei.*

168. LEUCOJUM. Cor. supera, hexapetala, campanulata. Stam. æqualia.
167. GALANTHUS. Cor. supera, hexapetala; petalis tribus interioribus brevioribus, emarginatis.
169. NARCISSUS. Cor. supera, hexapetala. Nectarium campanulatum, petaliferum, stamina includens.
170. ALLIUM. Cor. infera, hexapetala; petalis ovatis, sessilibus.

*** *Fl.*

*** *Fl. nudi.*

178. CONVALLARIA. *Cor.* infera, sexfida.
Bacca trilocularis. *Stigma* trigonum.
177. ASPARAGUS. *Cor.* infera, sexpartita.
Bacca trilocularis. *Stigmata* tria.
175. ANTHERICUM. *Cor.* infera, hexapetala,
 patens. *Sem.* angulata.
176. NARTHECIUM. *Cor.* infera, hexapetala,
 patens. *Sem.* appendiculata. *Stam.* hirsuta.
173. ORNITHOGALUM. *Cor.* infera, hexapetala. *Stam.* basi dilatata.
174. SCILLA. *Cor.* infera, hexapetala. *Stam.* filiformia.
171. FRITILLARIA. *Cor.* infera, ovata, hexapetala, basi foveâ nectariferâ.
172. TULIPA. *Cor.* infera, campanulata, hexapetala. *Stylus* nullus. *Sem.* plana.
179. ACORUS. *Cor.* infera, hexapetala. *Spadix* multiflorus.

**** *Fl. incompleti.*

180. JUNCUS. *Cal.* hexaphyllus. *Caps.* superâ, trivalvis, polysperma.

Peplis Portula.

TRIGY-

TRIGYNIA.

Styli 3.

187. COLCHICUM. *Cal.* spatha. *Cor.* hexapetaloidea.
 186. TRIGLOCHIN. *Cal.* triphyllus. *Pet.* tria. *Caps.* basi dehiscens.
 184. RUMEX. *Cal.* triphyllus. *Pet.* tria. *Sem.* unicum, triquetrum.
 185. TOFIELDIA. *Cal.* trifidus. *Pet.* sex. *Capfulæ* tres, polyspermæ.

POLYGYNIA.

Styli plures.

188. ALISMA. *Cal.* triphyllus. *Pet.* tria. *Caps.* plures, aggregatæ, monospermæ.

VI. HEXANDRIA.

I. MONOGYNIA.

167. GALANTHUS. *G. Pl.* 160. *Juss.* 55.

Cor. supera, hexapetala; petalis tribus interioribus brevioribus, emarginatis. *Stigma* simplex.

nivalis. 1. GALANTHUS.

Galanthus nivalis. *Sp. Pl.* 413. *Huds.* 140.

With. 331. *Engl. Bot. t.* 19. *Dicks. H. Sicc.*

fasc. 6. 2. *Abbot.* 73. *Jacq. Austr. t.* 313.

Leucoium bulbosum præcox minus. *Ger. em.* 147.

Narcissus 6. *Camer. Epit.* 956.

Angl. Snowdrop.

In pratis, pomariis, et ad sepes.

At the foot of Malvern hills, Worcestershire. *Mr. Ballard.* On the banks of the Tees about Blackwell and Conniscliffe, certainly wild. *Mr. Robson.* Bedfordshire. *Abbot.*

Perennis. Fl. Februario.

Bulbus ovatus. *Folia* bina, obtusa, carinata, glauca, basi membranâ integrâ vaginatâ. *Scapus* teres, nudus, uniflorus. *Spatha* cylindrica, apice sæpius bifido. *Flos* pedicellatus, nutans, niveus, inodorus. *Petala* obovata, concava, carnosâ; interiora intus viridi striata, apiceque extus maculata. *Stamina* ex apice germinis. *Antheræ* subulatæ, apice poris duobus. *Stigma* acutum. *Capfula* trilocularis, trivalvis. *Semina* globosa.

168. LEUCOJUM. *G. Pl.* 160. *Juss.* 55.

Cor. supera, hexapetala, campanulata; petalis apice incrassatis. *Stigma* simplex. *Stamina* æqualia.

1. LEU-

1. **LEUCOJUM** spathâ multiflorâ, stylo clavato. *æstivum*.

Leucojum æstivum. Sp. Pl. 414. With. 331.

Curt. Lond. fasc. 5. t. 23. Jacq. Austr.

t. 203. Engl. Bot. t. 621.

L. bulbosum majus polyanthemum. Ger. em. 148.

L. polyanthemum. Renealm. Spec. 100. f. 1.

Leuconarcissolyrion pratense vernal. Lob.

Ic. 122.

Angl. Summer Snowflake.

In palustribus ad ripas fluviorum, pratisque humidis.

Close by the Thames side between Greenwich and Woolwich, undoubtedly wild; also in the Isle of

Dogs. *Curtis.* In a small island in the river, about three miles south of Kendal; Mr. Gough.

With. In pastures at Little Stonham, Suffolk, a troublesome weed. *Mrs. Cobbold.* Near

Reading. *Mr. Murray.*

Perennis. Fl. Maio.

Bulbus subrotundus. Folia plurima, erecta, sesquipedalia, obtusa, carinata, lætè viridia. Scapus longitudine foliorum, anceps, multiflorus. Spatha lanceolata, erecta. Pedicelli uniflori. Flores nutantes, nivei; petalis ovatis, apice viridi maculatis. Antheræ obtusæ, poris duobus. Stylus clavatus. Stigma acutum. Capsula elliptica, trilocularis. Semina globosa, magna.

169. **NARCISSUS.** *G. Pl. 161. Juss. 55.*

Cor. supera, hexapetala, æqualis. Nectarium infundibuliforme, monophyllum, petaliferum.

Stamina intra nectarium. Stigma trifidum.

1. **NARCISSUS** spathâ uniflorâ, nectario rotato *poeticus.*
brevissimo membranaceo crenato, foliis obtusè
carinatis margine reflexis.

Narcissus poeticus. *Sp. Pl.* 414. *Ait. Hort.*

Kew. v. 1. 408. *Engl. Bot. t.* 275. *With.* 331.

N. patellaris. *Salisb. Prod.* 225.

N. medio purpureus. *Ger. em.* 123. *Camer.*

Epit. 951.

Angl. Poetic Narcissus.

In ericetis vel campis elatis, solo arenoso.

At Woodbastwick, and in other parts of Norfolk.

Mr. Rose. On a rabbit-warren at Shorne, between Gravesend and Rochester. *Mr. Rayer.*

Perennis. Fl. Maio.

Bulbus ovatus. Folia semiunciam lata, obtusiuscula, canaliculata, obtusissimè carinata, margine reflexa. Scapus anceps, rectus, nervosus, uniflorus. Spatha membranacea, sæpius biloba. Flos erectiusculus, magnus, odoratus, niveus, nectarii margine sanguineo.

biflorus. 2. NARCISSUS spathâ biflorâ, nectario rotato brevissimo membranaceo crenato, foliis acutè carinatis margine inflexis.

Narcissus biflorus. *Curt. Mag. t.* 197. *Engl.*

Bot. t. 276. *With.* 332.

N. poeticus. *Huds.* 141. *With. ed. 2.* 341.

Wade Dubl. 96.

N. cothurnalis. *Salisb. Prod.* 225.

N. medio luteus vulgaris. *Raii Syn.* 371. *Ger.*

em. 124.

Angl. Pale Narcissus. Primrose peerless.

In campis arenosis.

On a rabbit-warren at Shorne with the preceding.

Mr. Rayer. Near Hornsey church. *Sherard.*

Common in the meadows about Dublin. *Mr.*

De Luc junior.

Perennis. Fl. Aprili, Maio.

Bulbus ovatus. Folia acutè carinata, margine inflexa.

Scapus

Scapus anceps, nervosus, biflorus, rarius uni- vel triflorus. Spatha membranacea, indivisa. Flores nutantes, præcedente minores, minùsque gratè odori, petalis ochroleucis, nectarii margine albido.

3. NARCISSUS spathâ uniflorâ, nectario campa- *Pseudo-*
nulado erecto crispo obsoletè sexfido petalis *narcissus*,
ovatis æquali.

Narcissus Pseudo-narcissus. *Sp. Pl.* 414. *Huds.*

141. *With.* 332. *Sibth.* 109. *Engl. Bot.*

1. 17. *Abbot.* 73.

N. festalis. *Salisb. Prod.* 220.

N. sylvestris pallidus calyce luteo. *Raii Syn.*

371.

Pseudonarcissus anglicus. *Ger. em.* 133.

Angl. Common Daffodil.

In sylvis et dumetis humidiusculis.

Perennis. Fl. Martio.

Bulbus subrotundus. Foliâ glaucescentia, obtusè carinata, margine planiuscula. Scapus anceps, compressus, uniflorus. Spatha indivisa, germini approximata. Flos nutans, magnus, ingratè odorus. Petala erectiuscula, pallidè flava. Nectarium campanulatum, aureum, longitudine petalorum, supernè plicatum, apice sexfidum, crenatum. Germen trifidum.

170. ALLIUM. *G. Pl.* 163. *Juss.* 53:

Gærtn. t. 16.

Cor. infera, hexapetala, patens. *Spatha* bifida, multiflora. *Umbella* congesta. *Stigma* simplex.

* *Foliis caulinis, planis.*

1. ALLIUM caule planifolio umbellifero, umbellâ *Ampelo-*
globosâ, staminibus tricuspidatis, petalis dorso *præsum.*
scabris.

Allium Ampeloprasum. *Sp. Pl.* 423. *Huds.* 138.
With. 332.

A. Holmenfe, sphærico capite. *Raii Syn.* 370.

A. sphærico capite, folio latiore. *Rudb. El.*
v. 2. 151. f. 1.

Scorodoprasum primum Clusii. *Ger. em.* 180.

Angl. Great Round-headed Garlick.

In collibus apricis rarissimè.

On the Holms Island in the mouth of the Severn.

Mr. Newton. *Ray.*

Perennis. Fl. Julio.

Caulis erectus, teres, basi foliosus. Folia unciam ferè
lata, plana, margine denticulato-scabra. Umbella ter-
minalis, multiflora, globosa. Pedunculi simplices, ses-
quiunciales, angulati, glabri, squamulis membranaceis
lanceolatis basi interstinctis. Flores pallidi, campanu-
lati, petalis ovatis, acutis, dorso scabris. Stamina dila-
tata, membranacea, omnia apice tricuspидata. Antheræ
terminales, erectæ. Germen ovatum. Stigma obtusum.
Herb. Buddl.

arenari- 2. ALLIUM caule planifolio bulbifero, vaginis
um. teretibus, spathâ muticâ, staminibus tricuspидatis, petalis carinâ scabriusculis.

Allium arenarium. *Sp. Pl.* 426. *Huds.* 138.
With. 333.

A. Scorodoprasum. *Fl. Dan. t.* 290.

A. sylvestre amphicarpon, foliis porraceis, flori-
bus et nucleis purpureis. *Raii Syn.* 370.

Porrum planifolium, staminibus alternè trifidis,
umbellâ bulbiferâ. *Rupp. Jen. ed. Hall.* 154.
t. 2. f. 2.

Angl. Sand Garlick.

In nemorosis et montosis Angliæ borealis.

About Lowther, Westmoreland. *Mr. Crowe and*
Mr.

Mr. Woodward. In a meadow called Santines at Castle Howard, Yorkshire. *Mr. Teesdale.* About Thorp-Arch. *Rev. Mr. Wood.* In Heflington fields near York. *Rev. Archdeacon Peirson.*

Perennis. Fl. Julio.

Bulbus ovatus, fuscus. Caulis erectus, tripedalis, teres, glaber, basi foliosus. Folia vix semiunciam lata, margine scabra, vaginâ longissimâ, tereti. Umbella parva, globosa, densa. Spatha brevis. Pedunculi incurvati, breves, bulbis interstinctis. Flores rubri, campanulati, petalis carinâ tantum scabriusculis. Stamina alterna dilatata, tricuspidata, intermediis simplicibus, subulatis. Germen triquetrum.

3. ALLIUM caule planifolio bulbifero, stamini-
bus omnibus subulatis, spathâ acutâ. carina-
tum.

Allium carinatum. *Sp. Pl.* 426. *Huds.* 139.
With. 333.

A. inodorum, umbellâ bulbiferâ, vaginâ bicorni,
foliis carinatis. *Hall. Opusc.* 391. t. 2. f. 2.

A. montanum bicorni purpureum proliferum.
Raii Syn. 369.

Ampeloprasion proliferum. *Lob. Ic.* 156.

Moly montanum secundum Clusii. *Ger. em.*
187.

Angl. Mountain Garlick.

In rupibus et montosis Angliæ borealis.

Near Settle, Yorkshire. *Ray.* On the rocks about Longsleadale, Westmoreland. *Richardson.* Near Ramsgate, in the Isle of Thanet, and between Sandwich and Deal. *Huds.* In Heflington fields near York, and about Knareborough. *Rev. Archdeacon Peirson.*

Perennis. Fl. Julio.

Caulis erectus, tripedalis, teres, glaber, ad medium usque
A a 3 foliosus.

foliosus. Folia præcedente duplò angustiora, plana, succosa, nervosa, obtusa, margine scabra, vaginâ longissimâ. Umbella globosa, densa. Spatha diphylla, longissima, foliacea, patens. Pedunculi vix unciales, bulbis interstinctis. Flores ochroleuci, carinâ virente, glabrâ. Stamina omnia subulata, simplicia, æqualia. Descripsi e plantâ hortensi, cum nondum vidi spontaneam.

* * *Foliis caulinis, teretibus.*

olerace- 4. ALLIUM caule teretifolio bulbifero, foliis sca-
um, bris canaliculatis subtùs fulcatis, staminibus simplicibus.

Allium oleraceum. *Sp. Pl.* 429. *Huds.* 140. *With.* 334. *Engl. Bot. t.* 488.

A. sylvestre bicornè, flore ex herbaceo albicante, cum triplici in singulis petalis striâ atro-purpureâ. *Raii Syn.* 370.

A. umbellâ bulbiferâ, vaginâ bicorni, foliis teretibus. *Hall. Opusc.* 387. *t.* 1. *f.* 2.

Angl. Streaked Field Garlick.

Inter segetes et ad margines agrorum.

At Black Notley, Essex. *Ray.* In several places in Westmoreland, and near Bristol. *Huds.* At Fincham, Norfolk. *Rev. Mr. Forby,* Near York. *Sir T. Frankland.*

Perennis. Fl. Julio.

Bulbus ovatus. Caulis erectus, bi- vel tripedalis, gracilis, teres, foliosus. Folia angusta, acuta, saturatè viridia, fistulosa; supernè complanata vel canaliculata; subtus convexa, nervosa, utrinque scabriuscula. Umbella multibulbosa, pedunculis paucioribus, elongatis, divaricatis, unifloris. Spatha diphylla; foliolis basi ventricosus, apice attenuatis, acutis, umbellam longè superantibus. Flores campanulati. Petala glabra, pallidè viridia, lineis tribus purpurascens. Stamina æqualia, simplicia, subulata, basi connexa. Germen apice scabrum.

5. AL-

5. **ALLIUM** caule teretifolio bulbifero, stamini-*vineale*.
bus tricuspidatis.

Allium vineale. *Sp. Pl.* 428. *Huds.* 139.
With. 333. *Relb.* 135. *Sibth.* 109. *Ab-*
bot. 74.

A. sylvestre. *Raii Syn.* 369. *Ger. em.* 179.

A. sylvestre tenuifolium. *Lob. Ic.* 156.

Angl. Crow Garlick.

In pascuis aridis, muris antiquis, et inter segetes,
præcipuè solo calcareo.

Perennis. Fl. Julio.

Bulbus ovatus, parvus. Caulis gracilis, striatus, erectus,
foliosus. Folia fistulosa, teretia, nervosa, lævia. Um-
bella parva. Pedunculi breves, capillares, bulbis inter-
finctis numerosis, obovatis, divaricatis, mucronatis.
Spatha decidua. Flores parvi, carnei. Stamina exserta,
alterna tricuspidata, setis lateralibus antheram super-
antibus.

* * * *Scapo nudo.*

6. **ALLIUM** scapo nudo semicylindrico, foliis *ursinum*.
lanceolatis petiolatis, umbellâ fastigiata.

Allium ursinum. *Sp. Pl.* 431. *Huds.* 140.

With. 334. *Relb.* 135. *Sibth.* 110. *Ab-*

bot. 74. *Engl. Bot. t.* 122. *Fl. Dan. t.* 757.

Fuchs. Hist. 739. *Ger. em.* 179. *Dicks. H.*

Sicc. fasc. 7. 5.

A. sylvestre latifolium. *Raii Syn.* 370.

Angl. Broad-leaved Garlick. *Ramsons.*

In nemorosis, pratisque humidis, frequens.

Perennis. Fl. Maio, Junio.

Bulbus oblongus, attenuatus. Folia omnia radicalia, pe-
tiolis vaginantibus, ovata, acuta, integerrima, glabra,
nervosa. Scapus foliis longior, erectus, simplex, gla-
ber, semicylindricus, vix triqueter. Umbella multi-
flora, planiuscula, bulbis destituta. Spatha ovata, pe-
dunculis brevior. Flores nivei. Petala ovata, paten-

tia. Stamina simplicia, subulata, æqualia. Germen turbinatum, trilobum, glabrum. Herba odore alliaceo vehementiore gaudet, at pecoribus armentisque pabulum non ingratum præbet. Hinc lac nauseosum foetidumque evadit.

Schæno- 7. ALLIUM scapo nudo tereti folia adæquante,
prafum. foliis teretibus subulato filiformibus.

Allium Schænoprasum. *Sp. Pl.* 432. *Huds.* 649.

With. 335. *Lightf.* 180. *Fl. Dan.* t. 971.

Schænoprason. *Ger. em.* 176.

Porrum sectivum. *Fuchs. Hist.* 635.

Angl. Chive Garlick.

In pratis et pascuis rariùs.

By Fast castle, on the borders of Berwickshire,
Dr. Parsons; also in Argylshire. *Lightf.* West-
moreland. *Huds. With.*

Perennis. Fl. Junio.

Bulbi cylindrici, graciles, cæspitosi. Folia erecto-patentia, vaginantia, cylindrica, acuta, glabra. Scapus spithamæus, teres, lævis. Umbella globosa, densa, multiflora. Spatha ovata, floribus brevior. Petala patentia, lanceolata, alba vel incarnata, costâ purpurascens. Filamenta simplicia, subulata. Plantam in Britannia spontaneam nondum inveni; in hortis rusticis frequentissime colitur. Ex exemplaribus in Helvetiâ natis descriptionem confeci.

171. FRITILLARIA. *G. Pl.* 164. *Juss.* 48.

Gartn. t. 17.

Cor. infera, hexapetala, campanulata, supra ungues cavitatem nectariferâ. *Stamina* longitudine corollæ. *Cal.* nullus. *Semina* plana.

Melea- 1. FRITILLARIA foliis omnibus alternis, caule
gris. unifloro, nectario lineari.

Fritillaria Meleagris. *Sp. Pl.* 436. *Huds.* 144.

With.

With. 335. *Relb.* 137. *Sibth.* 110. *Abbot.* 75. *Curt. Lond. fasc.* 3. *t.* 20. *Engl. Bot. t.* 622. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 9. 3. *Fl. Dan. t.* 972. *Jacq. Austr. app. t.* 32.
F. præcox purpurea variegata. *Rudb. Elyf.* v. 2. 113. *f.* 1.
F. variegata. *Ger. em.* 149.
Angl. Common Fritillary. Checquered Daffodil. Snake's-head.

In pratis et pascuis humidis.

Maud Fields near Rislip Common, Middlesex; Mr. Athby. *Blackstone.* Between Mortlake and Kew, and near Enfield. *Huds.* Near Laxfield, Suffolk. *Mr. Woodward.* At Little Stonham in the same county. *Mrs. Cobbold.* Near Reading. *Mr. Murray.*

Perennis. *Fl.* Aprili.

Bulbi parvi, subrotundi, aggregati. Caulis erectus, pedalis, simplicissimus, teres, glaber, foliosus, uniflorus. Folia alterna, lineari-lanceolata, acutiuscula. Flos terminalis, cernuus, magnitudine nucis juglandis, campanulatus, purpureo tessellatus, quandoque albus. Nectarium foveâ oblongâ, extûs gibbâ. Antheræ erectæ, versatiles. Germen sexsulcatum. Stigma tripartitum.

172. TULIPA. *G. Pl.* 165. *Juss.* 48.

Gærtn. t. 17.

Cor. hexapetala, campanulata. *Stylus* nullus.
Capsula supera, trilocularis. *Semina* plana.
Cal. nullus.

1. TULIPA flore solitario subnutante, foliis lanceolatis, stigmate obtuso triquetro, staminibus *tris.* basi hirsutis.

Tulipa sylvestris. *Sp. Pl.* 438. *Engl. Bot.* t. 63.

t. 63. *With.* 336. *Abbot.* 75. *Fl. Dan.*
t. 375.

T. bononienfis. *Ger. em.* 138.

Angl. Wild Tulip.

In clivis cretaceis.

Old chalk-pits near Norwich. *Mr. Rose.* Near
Bury. *Sir T. G. Cullum, Bart.* and *W. Mathew,*
Esq. At Whipsnade, on the borders of Hert-
fordshire and Bedfordshire; *Rev. D. Jenks.*
Abbot.

Perennis. *Fl. Aprili.*

Bulbus ovatus, gibbus. Caulis simplicissimus, erectius-
culus, teres, glaber, uniflorus, medio foliosus, basi at-
tenuatus. Folia alterna, subamplexicaulia, lanceolata,
acuta, carinata, glaucescentia. Flos terminalis, sub-
nutans, suaveolens, flavus, extus viridescens. Petala
elliptico-lanceolata, nectario destituta. Stamina com-
planata, basi barbata. Antheræ terminales, versatiles,
oblongæ, flavæ, polline flavo. Germen trigonum,
Stigma sessile, obtusum, trigonum, nec dilatatum.

173. ORNITHOGALUM. *G. Pl.* 166.

Juss. 53. *Gærtn. t.* 17.

Cor. hexapetala, persistens, supra medium patens.
Filamenta basi dilatata. *Capsula* supera, tri-
locularis. *Semina* subrotunda. *Cal.* nullus.

luteum. 1. ORNITHOGALUM caule anguloso diphylo,
pedunculis umbellatis simplicibus.

Ornithogalum luteum. *Sp. Pl.* 439. *Huds.* 143.

With. 336. *Sibth.* 111. *Engl. Bot. t.* 21.

Raii Syn. 372. *Fl. Dan. t.* 378.

O. luteum, five *Cepe agraria.* *Ger. em.* 165.

Ornithogalum. *Tillandsf. Ic.* 151.

Bulbus sylvestris. *Fuchf. Hist.* 169.

Angl. Yellow Star of Bethlehem.

In

In nemorosis rariùs.

In woods about Oxford. *Sir J. Banks, Bart.*
 Yorkshire. *Mr. Salisbury.* In a meadow near
 the copper-mills, Derby. *Mr. Whateley.*

Perennis. Fl. Aprili.

Bulbus parvus. Caulis spithamæus, erectus, triqueter.
 Folia carinata, lineari-lanceolata; radicalia plerumque
 solitaria; caulina floribus approximata, bina, inæqualia,
 ciliata. Pedunculi terminales, umbellati, simplices,
 uniflori. Petala obtusa, flava, viridi lineata, marces-
 centia. Stamina subulata, uniformia. Germen trigo-
 num. Stylus triqueter. Stigma obtusum.

2. ORNITHOGALUM racemo longissimo, fila-*pyrenai-*
 mentis omnibus dilatatis, pedunculis floriferis *cum.*
 patentibus æqualibus: fructiferis scapo ap-
 proximatis.

Ornithogalum pyrenaicum. *Sp. Pl.* 440. *Huds.*
 143. *With.* 337. *Abbot.* 76. *Engl. Bot.*
t. 499. *Jacq. Austr. t.* 103.

O. angustifolium majus, floribus ex albo vires-
 centibus. *Raii Syn.* 372.

Asphodelus bulbosus. *Ger. em.* 97.
Angl. Spiked Star of Bethlehem.

In pascuis, collibusve, rariùs.

In Suffex and Somersetshire. *Ray.* Keyson Park
 Wood, Bedfordshire. *Rev. T. O. Marsh.*

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Bulbus ovatus. Folia radicalia, longissima, canaliculata.
 Scapus teres, subtripedalis, erectus, multiflorus. Flores
 racemosi, pedicellati, albido-virescentes. Pedunculi vix
 unciales, sub florescentiâ patentes, dein erecti, bractea
 solitaria, lanceolata, acuminata, persistenti, ad basin.
 Petala patentissima, lineari-oblonga. Stamina ad me-
 dium usque dilatata, apice subulata. Antheræ versa-
 tiles. Stigma obtusè triquetrum.

umbellatum. 3. ORNITHOGALUM floribus corymbosis, pedunculis scapum superantibus, filamentis subulato-dilatatis integerrimis.

Ornithogalum umbellatum. *Sp. Pl.* 441. *Huds.* 143. *With.* 337. *Sibth.* 111. *Abbot.* 76. *Engl. Bot.* t. 130. *Jacq. Austr.* t. 343.

O. vulgare et verius, majus et minus. *Raii Syn.* 372.

Ornithogalum. *Ger. em.* 165.

Angl. Common Star of Bethlehem.

In pratis, pascuis et nemorosis.

At Babergh, Norfolk. *Mr. Wagstaffe.* Plentiful in a field at Knareborough, Yorkshire. *Mr. Robson.* On Everton heath, Bedfordshire. *Abbot.* At Little Stonham, Suffolk. *Mrs. Cobbold.*

Perennis. Fl. Aprili, Maio.

Bulbus albus, subrotundus. Folia radicalia, linearia, canaliculata, apice emarcida. Scapus teres. Pedunculi terminales, alterni, corymbosi, bracteâ solitariâ, elongatâ, ad basin. Petala patentia, elliptico-lanceolata; supra candida, nitida; subtus dorso viridia. Stamina omnia æqualia, complanato-subulata, integerrima, nec emarginata. Germen turbinatum. Stylus brevis.

174. SCILLA. *G. Pl.* 166. *Juss.* 53.

Cor. hexapetala, patens. *Filamenta* filiformia. *Capsula* supera, trilocularis. *Semina* subrotunda. *Cal.* nullus.

verna. 1. SCILLA radice solidâ, corymbo hemisphærico paucifloro, bracteis lanceolatis obtusis, foliis linearibus canaliculatis.

Scilla verna. *Huds.* 142. *With.* 338. *Engl. Bot.* t. 23. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 10. 8.

S. bifolia. *Lightf.* 181. *Fl. Dan.* t. 568.

Hya-

Hyacinthus n. 1. *Raii Syn.* 372, synonymis erroneis.

H. stellaris vernus pumilus. *Dill. in Raii Syn. Indic. Pl. dub.*

Angl. Vernal Squill.

In clivis maritimis.

In the Isle of Man, and Anglesey, also on the coasts of Ireland, Wales and Cornwall. *Dill.* and *Huds.* In the islands of Iona and Staffa abundantly. *Lightf.*

Perennis. Fl. Aprili.

Bulbus ovatus, parvus. Folia plurima, linearia, canaliculata, basi attenuata. Scapus teres, erectus. Corymbus terminalis, hæmisphæricus. Flores a tribus ad sex, rarius plures, pedicellati, cærulei. Bracteæ longitudine pedicellorum, persistentes, obtusæ. Petala ovata, carinata. Stamina teretia, antheris cæruleis. Germen subrotundum. Stylus brevis. Stigma obtusum.

2. *SCILLA* radice solidâ, floribus corymbofo-*bifolia*, racemosis ebracteatis erectiusculis, foliis lanceolatis binis.

Scilla bifolia. *Sp. Pl.* 443. *Engl. Bot. t.* 24. *With.* 338. *Jacq. Austr. t.* 117.

Hyacinthus stellatus Fuchsi. *Ger. em.* 106.

H. cæruleus mas minor. *Fuchsf. Hist.* 837, et *albicans* feu *fœminea.* *Ibid.* 838.

H. stellaris bifolius Germanicus. *Rudb. Elys. v.* 2. 33. f. 1.

Star Hyacinth. *Pet. H. Brit. t.* 67. f. 5.

Narcissus martius. *Brumf. Herb. v.* 1. 184.

Angl. Two-leaved Squill.

In nemorosis Angliæ occidentalis.

Received from the west of England by Mr. Sims, druggist, of Norwich. It is also in Buddle's herbarium.

Perennis.

Perennis. Fl. Martio, Aprili.

Bulbus subovatus. Folia bina, rarius terna, lanceolata, obtusiuscula, subcarinata. Scapus foliis parùm altior, erectus, teres. Corymbus terminalis, subracemosus. Flores a quatuor ad decem, longiùs pedicellati, erectiusculi, ebracteati, cærulei. Petala obtusiuscula. Antheræ subfuscae.

autumnalis.

3. *SCILLA* foliis linearibus, floribus corymboso-racemosis, pedunculis ebracteatis adscendentibus longitudine florum.

Scilla autumnalis. *Sp. Pl.* 443. *Huds.* 142. *With.* 338. *Engl. Bot. t.* 78. *Curt. Lond. fasc.* 6. *t.* 25.

Hyacinthus autumnalis minor. *Raii Syn.* 373. *Ger. em.* 110.

Angl. Autumnal Squill.

In pascuis ficcis sterilioribus.

On Black-heath, Moulsey-hurst, Kew green, and several similar places near London. *Huds.* *Curt.*

On St. Vincent's rocks, Bristol.

Perennis. Fl. Septembri.

Bulbus ovato-subrotundus. Folia linearia, canaliculata, patentia, numerosa. Scapus foliis duplo longior, erectus, teres, basi attenuatus. Flores racemosi, subcorymbosi, rosei, germine flaminibusque cærulescentibus. Pedunculi breves, ebracteati, patentes, sursum curvati.

nutans.

4. *SCILLA* foliis linearibus, spicâ nutante, floribus cernuis campanulato-cylindricis apice reflexis, bracteis geminis.

Scilla nutans. *Engl. Bot. t.* 377.

S. festalis. *Salisb. Prod.* 242.

Hyacinthus non-scriptus. *Sp. Pl.* 453. *Huds.* 141. *With.* 343. *Relb.* 136. *Sibth.* 110. *Curt. Lond. fasc.* 2. *t.* 18.

H. anglicus. *Raii Syn.* 373. *Ger. em.* 111.

Angl. Hare-bell Squill. Wild Hyacinth.

In nemorosis, dumetis, pascuis, et ad sepes, copiosè.

Perennis. Fl. Maio.

Bulbus ovatus, albus. Folia plurima, linearia, carinata, flaccida. Scapus pedalis, teres, erectus. Spica terminalis, nutans, multiflora; fructifera erecta. Flores pedicellati, cernui, secundi, cærulei, quandoque albi, suaveolentes, campanulati; basi subcylindrici. Bractæ binæ, lineares, acutæ. Petala lineari-lanceolata, ad medium usque approximata, apice reflexo-patentia, persistencia. Stamina petalis adnata, filiformia, æqualia. Germen hexagonum, poris nectariferis planè destitutum. Stigma obtusum.

Dubii generis herba gaudet floribus campanulatis, tametsi non mon. petalis, ut in Hyacintho; structurâ verò partium, figurâ staminum, totoque habitu Scilla est; nec obstat corolla, in hac specie, ut in *S. peruvianâ* Linn. & *S. campanulatâ* Hort. Kew. persistens.

175. ANTHERICUM. *G. Pl.* 167. *Gærtn. t.* 16.

Phalangium. *Juss.* 52.

Cor. hexapetala, patens, persistens. *Filamenta* filiformia. *Capsula* supera. *Semina* angulata. *Cal.* nullus.

1. ANTHERICUM foliis semicylindricis; cau-ferotin-
linis basi dilatatis, caule subunifloro. num.

Anthericum ferotinum. *Sp. Pl.* 444. *Huds.* 144.

With. 339. *Jacq. Austr. app. t.* 38.

Bulbosa alpina juncifolia, pericarpio unico erecto in summo cauliculo dodrantali. *Raii Syn.*

374. *t.* 17. *f.* 1.

Pseudo narcissus gramineo folio. *Rudb. Elys.*

v. 2. 64. *f.* 9.

Angl. Mountain Spiderwort.

In excelsis rupibus alpinis Cambrobritannicis rariùs.

On

On Snowdon and other mountains in Wales. *Ray.*

On Crib y Ddewil, near Llanberris, rare; on rocks above Cwm Idwell, Caernarvonshire, in abundance; Mr. Griffith. *With.*

Perennis. Fl. Junio.

Bulbus oblongus, curvus. Caulis palmaris, erectus, teres, glaber, foliosus, plerumque uniflorus, apice substriatus. Folia radicalia caulem superantia, semicylindrico-filiformia, acutiuscula, glabra; caulina tria vel quatuor, alterna, brevia, basi dilatata, nervosa. Flos plerumque solitarius, terminalis, erectus; intus albus; extus rubicundus. Petala elliptica, æqualia, nervosa, basi attenuata, emarcida. Stamina filiformia, glabra, persistencia. Antheræ subrotundæ, pallidæ. Capsula sub-turbinata, membranacea, trilocularis, stylo persistente coronata. Semina incurva, triquetra, striata.

176. NARTHECIUM. *Huds.* 145. *Mæring.*
Gorter.

Anthericum. *G. Pl.* 167.

Cor. hexapetala, patens, persistens. *Filamenta* filiformia, hirsuta. *Capsula* supera, prismatica. *Semina* utrinque appendiculata. *Cal.* nullus.

offifragum. 1. NARTHECIUM. *Mæring.* in *Eph. Nat.*
Cur. v. 6. 389. t. 5. f. 1. *Gorter.* *Fl. Gelro-*
zutph. 69.

Narthecium offifragum. *Huds.* 145. *With.* 339.
Engl. Bot. t. 535.

Anthericum offifragum. *Sp. Pl.* 446. *Fl. Dan.*
t. 42. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 1. 5. *Relb.* 138.
Abbot. 77.

Asphodelus Lancastriæ. *Ger. em.* 95.

A. minimus luteus acorifolius palustris. *Lob.*
Ic. 92.

Phalan-

Phalangium Anglicum palustre Iridis folio. *Raii*

Syn. 375.

Angl. Lancashire Asphodel.

In paludibus turfosis.

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Radix fibrosa. Caules adscendentes, simplices, teretes, glabri, subflexuosi, parum foliosi. Folia equitantia, ensiformia, nervosa; caulina alterna, brevia, carinata. Spica terminalis, erecta, multiflora. Pedicelli alterni, erecti, uniflori, angulati, bracteati. Petala lineari-oblonga, nervosa, flava, extus viridia, persistentia. Stamina petalis opposita, parumque breviora, persistentia, filiformia, flava, villis flavescentibus densissimis vestita. Antheræ lineares, demum tortuosæ, flavæ. Germen oblongum, triquetrum, apice subulatum. Stigma capitatum, parvum, subsessile. Capsula subulato-prismatica, saturatè fulva, nitida, rigida, trivalvis, trilocularis; dissepimentis e medio valvularum. Semina numerosa, erectiuscula, imbricata, elliptico-teretia, utrinque in appendiculum subulatum attenuata.

177. ASPARAGUS. *G. Pl.* 168. *Juss.* 41.

Gartn. t. 16.

Cor. sexfida, erecta, æqualis. *Cal.* nullus. *Stylus* brevissimus. *Stigmata* tria. *Bacca* supera, trilocularis. *Semina* bina, extus convexa.

i. ASPARAGUS caule herbaceo inermi suberecto *officinalis*, tereti, foliis setaceis mollibus, stipulis subsolitariis.

Asparagus officinalis. *Sp. Pl.* 448. *Huds.* 145.

With. 340. *Engl. Bot. t.* 339. *Fl. Dan.* t. 805.

Asparagus. *Raii Syn.* 267.

A. fativus. *Ger. em.* 1110.

β. *A. maritimus*, crassiore folio. *Dill. in Raii Syn.* 267.

VOL. I.

B b

Angl.

Angl. Common Asparagus, or Sperage.

In petrosis maritimis.

In several places on the west and south coasts of England. Near Weymouth. *Mr. Lambert.*

β . Near Llanfaelog, Anglesea. *Mr. Lhwyd* and *Rev. H. Davies.*

Perennis. Fl. Augusto.

Radix repens, fibris longissimis, carnosis, rectis. Caules annui, erecti, (in β procumbentes,) teretes, ramosissimi, foliosi. Folia fasciculata, fetacea, acuta. Stipulae solitariae, membranaceae, quandoque ternae, interioribus minimis. Flores subaxillares, pedunculati, cernui, albidi. Corolla sexpartita, laciniis aequalibus, rectis, basin versus saepe cohaerentibus. Stamina corollae inserta, brevissima, inclusa. Germen subrotundum, trifidum. Stylus vix ullus. Stigmata tria, maturescente fructu ad basin usque separata. Bacca globosa, miniata, nitida, glabra. Semina nigra.

178. CONVALLARIA. *G. Pl.* 169. *Juss.* 42. *Gærtn. t.* 16.

Cor. sexfida. *Cal.* nullus. *Stylus* staminibus longior. *Stigma* trigonum. *Bacca* supera, trilobularis, ante maturitatem maculata.

majalis. 1. CONVALLARIA scapo nudo femicylindrico, floribus spicatis pedicellatis nutantibus.

Convallaria majalis. *Sp. Pl.* 451. *Huds.* 146. *With.* 341. *Relb.* 138. *Sibth.* 111. *Curt. Lond. fasc.* 5. *t.* 24. *Fl. Dan. t.* 854. *Abbot.* 76. *t.* 2.

Lilium convallium. *Raii Syn.* 264. *Ger. em.* 410. *Camer. Epit.* 618. *Brunf. Herb. v.* 1. 211.

Ephemerum non letale. *Fuchs. Hist.* 240.

Angl. Lily of the Valley.

In nemorosis ad radices montium.

Perennis.

Perennis. Fl. Maio.

Radix repens, implexa. Folia radicalia, bina, elliptica, nervosa, lævia, petiolis equitantibus, extus squamis vestitis. Scapus extrafoliaceus, solitarius, erectus, simplex, semicylindricus. Flores racemosi, pedicellati, alterni, bracteati, nutantes, campanulati, albi, odoratissimi, laciniis recurvis. Baccæ globosæ, miniatæ, glabræ, triloculares, loculis plerumque dispermis.

2. CONVALLARIA foliis verticillatis.

verticil-

Convallaria verticillata. *Sp. Pl.* 451. *Engl. lata.*

Bot. t. 128. *Tr. of Linn. Soc. v.* 2. 357.

With. 341. *Fl. Dan. t.* 86.

Polygonatum n. 1244. *Hall. Hist. v.* 2. 120.

P. minus. *Ger. em.* 903.

P. tenuifolium. *Cord. Hist.* 113. 1.

P. angustifolium. *Fuchf. Hist.* 586. *Ic.* 337.

Angl. Narrow-leaved Solomon's Seal.

In nemorosis ad radices montium Scoticarum rariùs.

In Den Rechip, a deep woody valley between the hills of Stormont, Perthshire, about four miles north-east of Dunkeld. *Mr. A. Bruce.*

Perennis. Fl. Junio.

Radix repens, carnosa. Caules erecti, bipedales, simplices, foliosi, angulati, glabri, basi nudi. Folia verticillata, terna, quaterna, in apice caulis quina vel etiam septena, lanceolata, acuta, subtus glauca. Pedunculi axillares, solitarii, ramosi, nutantes. Flores cylindrici, lactei, apice virides, laciniis intus sub apice barbatis. Stamina brevissima, fauce inserta, inclusa. Stylus brevis. Bacca globosa, cærulea.

3. CONVALLARIA foliis alternis amplexicaulis *Polygon-*
bus, caule angulato, pedunculis axillaribus *natum.*
subunifloris.

Convallaria Polygonatum. *Sp. Pl.* 451. *Huds.*

B b 2

146.

146. *With.* 342. *Engl. Bot. t.* 280. *Woodv. Med. Bot. t.* 44. *Fl. Dan. t.* 377.

Polygonatum floribus ex singulis pediculis. Raii Syn. 263.

P. latifolium secundum Clusii. Ger. em. 904.

β. *P. Hellebori albi folio, caule purpurascente. Raii Syn.* 263. non vidi.

Angl. Angular Solomon's Seal.

In nemorosis et dumetis rariùs.

In the mountainous or rocky woods of the north of England, especially about Settle and Ingleton, Yorkshire. Lately found near Yarmouth by *Mr. Wigg.* β. In woods on the north side of Mendip hills, Somersetshire. *Bobart.*

Perennis. Fl. Maio, Junio.

Radix repens, carnosa. Caules erecti, apice nutantes, sesquipedales, simplices, foliosi, angulati, subancipites, flexuosi, glabri. Folia alterna, elliptica, nervosa. Pedunculi axillares, solitarii vel bini, simplices, uniflori, rarissimè biflori. Flores cernui, oblongi, fragrantés, ochroleuci, basi apiceque virides, laciniis patulis, barbatis. Stamina medio tubi inserta, antheris ultra laciniarum basin prominentibus. Stylus semiuncialis. Bacca cærulea.

multiflora. 4. CONVALLARIA foliis alternis amplexicaulibus, caule tereti, pedunculis axillaribus multifloris.

Convallaria multiflora. Sp. Pl. 452. *Huds.* 147.

With. 342. *Abbot.* 77. *Engl. Bot. t.* 279.

Fl. Dan. t. 152. *Dreves. Bilderb. t.* 52.

Polygonatum. Raii Syn. 263. *Ger. em.* 903.

β. *P. humile anglicum. Raii Syn.* 263. non vidi.

Angl. Common Solomon's Seal.

In nemorosis et dumetis.

Perennis. Fl. Maio, Junio.

Radix

Radix repens, carnosa, sæpe denudata. Caules bipedales, simplices, teretes, foliosi, apice nutantes. Folia alterna, elliptica, nervosa, præcedente parùm pallidiora. Pedunculi axillares, solitarii, ramosi, subquinqueflori. Flores cernui, cylindrici, albi, basi apiceque virides, vix barbati. Stamina apice tubi inserta, brevissima. Stylus semiuncialis. Bacca cæruleo-nigra.

179. ACORUS. *G. Pl.* 172. *Juss.* 25.
Gærtn. t. 84.

Spadix cylindricus, tectus flosculis. *Cor.* hexapetala, nuda. *Stylus* nullus. *Capsula* trilobularis.

1. ACORUS scapi mucrone longissimo foliaceo. *Calamus.*
Acorus Calamus. Sp. Pl. 462. *Huds.* 147. *With.* 343. *Relb.* 140. *Sibth.* 112. *Ab-*
bot. 77. *Dryand. in Ait. H. Kew.* v. 1. 474.
Woodv. Med. Bot. t. 173. *Engl. Bot. t.* 356.
Leers. 86. *t.* 13. *f.* 12.

A. verus, five *Calamus officinarum. Raii Syn.*
437.

A. verus, officinis falsò *Calamus. Ger. em.* 62.
Acorum. Camer. Epit. 5.

Calamus aromaticus, radix. Pharmac. Lond.
Angl. Sweet Flag,

In aquosis, minùs frequens.

In the rivers of Norfolk plentiful. On Hillingdon common, Middlesex, and other places about London.

Perennis. Fl. Junio.

Radix crassa, horizontalis, repens. Folia radicalia, ensiformia, tripedalia. Scapus anceps, ultra medium florifer, apice foliaceus. Spadix nudus, lateralis, solitarius, cylindricus, obtusiusculus, multiflorus. Flores tessellato-congesti, virides. Petala erecta, regularia, apice inflexa. Stamina petalis alterna, filiformia. Germen

ellipticum. Stigma sessile. Herba tota aromatica, tonica, præcipuè radices.

180. JUNCUS. *G. Pl.* 173. *Juss.* 44.
Gærtn. t. 15.

Cal. hexaphyllus, persistens. *Cor.* nulla. *Cap-
sula* supera, trivalvis, uni- vel tri-ocularis.
Semina plurima. *Stigmata* tria.

* *Culmis nudis.*

acutus. 1. JUNCUS culmo nudo tereti, paniculâ terminali, involuero diphylo spinoso, capsulis subrotundis mucronatis.

Juncus acutus. *Sp. Pl.* 463. *Huds.* 148.
Willd. 346.

J. acutus capitulis Sorghi. *Baub. Pin.* 11.
Prodr. 21. f. 2. *Theatr.* 173. *Raii Syn.* 431.

J. pungens, five acutus, capitulis Sorghi. *Mor-
ris. sect.* 8. t. 10. f. 15.

J. maritimus, Sorghi paniculâ utriculatâ. *Bar-
rel. Ic.* t. 203. f. 2.

Angl. Great Sharp Sea Rush.

In arenosis maritimis.

On the coast of Merionethshire plentifully. *Ray.*
At Brancaster, Norfolk. *Mr. Crowe.* At Hol-
ker, Lancashire. *Mr. Woodward.* At Instow,
Devonshire, and Braunston Burrows, plentifully,
Rev. Dr. Gotaenough.

Perennis. Fl. Julio.

Radix fibrosa, cæspitosa. Culmi tripedales, erecti, stricti, simplices, nudi, teretes, glabri, rigidi. Folia culmo simillima sed breviora, radicalia, apice mucronato-pungentia. Panicula terminalis, corymbosa, erecta, multiflora. Involucrum diphyllum; foliola basi dilatata, apice foliis conformia, mucronato-pungentia, divaricata, inæqualia, longitudine varia; involucella plurima, membra-

membranacea, acuta, brevia, pedunculis interstincta. Flores congesti. Calycis foliola ovata. Capsula triquetra-subrotunda, turgida, mucronata, dura, nitida, trilocularis. Semina plurima, ovata, dissepimentis affixa, fusca, pellucida, utrinque appendiculata.

2. JUNCUS culmo nudo tereti, paniculâ terminali prolifera, involucro diphylo spinoso erecto, capsulis oblongis. *maritimus.*

Juncus acutus β. *Sp. Pl.* 464. *Huds.* 148. *With.* 346.

J. acutus maritimus anglicus. *Raii Syn.* 431. *Morif. sect. 8. t. 10. f. 14.*

Angl. Lesser Sharp Sea Rush.

In palustribus maritimis copiosè, præcedentis socius. Salt marshes of Essex and Wales. *Ray.* Lancashire. *Rev. Mr. Wood.* About Burnham and Holkham, Norfolk. Sea coast east from St. Andrews, Scotland. *Mr. Mackay.*

Perennis. Fl. Augusto.

Præcedente humilior et longè tenuior, colore magis glauco. Panicula erecta, decomposita, quasi prolifera, ramulis valdè inæqualibus et subcymosis. Involucri foliolum exterius erectum, paniculam superans, mucronatopungens; interius brevissimum, subulatum. Calycis foliola lanceolata. Capsula prismatica, lineari-oblonga, nec subrotunda.

3. JUNCUS culmo nudo stricto glauco, paniculâ laterali erectâ, capsulis ellipticis acutis. *glaucus.*

Juncus glaucus. *Sibth.* 113. *Engl. Bot. t.* 665.

J. effusus β. *Huds.* 149.

J. inflexus. *Relb.* 141. *With.* 345. *Abbot.* 78. *Leers.* 87. *t.* 13. *f.* 3.

J. acutus. *Raii Syn.* 432. *Ger. em.* 35.

J. acutus vulgaris. *Morif. sect. 8. t. 10. f. 13.* *Lob. Ic.* 85.

Angl. Hard Rush.

In pascuis et ad vias, solo humidior.

Perennis. Fl. Julio.

Culmi sesquipedales, tenacissimi, striati, glauci; apice attenuati, acuti; basi stipulis fuscis, nitidis, vestiti. Folia culmis simillima, parum breviora. Panicula lateralis, decomposita, erecta. Calycis foliola subulata, striata. Capsula elliptica, acuta, mucronulata, fusca, nitida.

conglomeratus. 4. **JUNCUS** culmo nudo striato, paniculâ laterali conglobatâ, capsulis retusis, floribus triandris.

Juncus conglomeratus. *Sp. Pl.* 464. *Huds.* 148.

With. 345. *Relb.* 140. *Sibth.* 113. *Leers.* 86. t. 13. f. 1.

J. lævis vulgaris, paniculâ compactiore. *Raii Syn.* 432.

J. lævis, paniculâ non sparsâ. *Morif. sect.* 8. t. 10. f. 7.

Angl. Common Rush.

In pascuis et ad vias, solo humido, vulgaris.

Perennis. Fl. Julio.

Culmi bipedales, minutè striati, acuti, nec pungentes. Panicula lateralis, multiflora, densissimè conglobata. Calycis foliola lanceolata, nervosa. Capsula obovata, apice retusa et ferè triloba. “Stamina constanter tria, nunquam sex;” *Leers.*

effusus. 5. **JUNCUS** culmo nudo striato, paniculâ laterali effusâ supradecompositâ, capsulis obtusis.

Juncus effusus. *Sp. Pl.* 464. *Huds.* 148. *With.* 345. *Relb.* 141. *Sibth.* 113. *Leers.* 87. t. 13. f. 2.

J. lævis vulgaris, paniculâ sparsâ nostras. *Raii Syn.* 432. *Lob. Ic.* 84.

J. lævis, paniculâ sparsâ, major. *Morif. sect.* 8. t. 10. f. 4.

J. lævis.

- J. lævis.* *Ger. em.* 35.
β. J. lævis alter. *Morif. v.* 3, 234. *n.* 5. *Herb.*
Bobart.
Angl. Soft Rush.

In pascuis humidis et ad vias passim.

Perennis. Fl. Julio.

Culmi pallidiores, molles, fragiles. Panicula lateralis, effusa, divaricata, ramosissima, multiflora. Calycis foliola angustè lanceolata, acuminata, striata. Capsula obovata, obtusa. Panicula in *β* minùs effusa est.

6. **JUNCUS** culmo nudo filiformi nutante, pani *filiformi*,
 culâ laterali bracteâtâ subsimplici, capsulis *mis*,
 subrotundis.

Juncus filiformis. *Sp. Pl.* 465. *Huds.* 149.
With. 346. *Sm. Spicileg. t.* 3. *Dicks. Dr.*
Pl. 32. *H. Sicc. fasc.* 14. 16. *Leers.* 87.
t. 13. *f.* 4.

J. parvus, calamo supra paniculam compactam
 longiùs producto. *Raii Syn.* 432. *Pluk.*
Phyt. t. 40. *f.* 8,
Angl. Least Rush.

In pratis turfosis irriguis alpinis.

Near Ambleside, Westmoreland. *Newton.* At
 Windermoor in Cartmel, Lancashire, Mr. Jack-
 son. *With.* Near Derwentwater, Cumberland,
 and on Ben Lawers in Scotland. *Mr. Dickson.*

Perennis. Fl. Augusto.

Habitus præcedentium, sed minor. Radix valdè repens.
 Culmus pedalis, apice incurvus, acutus, longè supra pa-
 niculam extensus, basi squamis fuscis, obtusis, aristatis,
 striatis, vaginatus. Panicula parva, quinque- ad octo-
 flora, pedunculis vix ramosis, basi foliolo setaceo, lon-
 gitudine vario, suffulta. Calycis foliola lanceolata,
 carinâ trinervi. Capsula subrotunda, obtusa.

trifidus. 7. JUNCUS culmo nudo, foliis floribusque tribus terminalibus.

Juncus trifidus. *Sp. Pl.* 465. *Huds.* 149.
With. 345. *Lightf.* 183. *t.* 9. *f.* 1. *Fl. Dan.*
t. 107. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 1. 6. *Baub.*
Hist. v. 2. 521.

J. monanthos. *Jacq. Enum.* 61. 235. *t.* 4. *f.* 1.

J. acumine reflexo, trifidus. *Baub. Prod.* 22.
Theatr. 185.

Angl. Three-leaved Rush.

In paludosis alpinis Scotiæ.

Perennis. Fl. Julio.

Culmi spithamæi, stricti, filiformes, graciles, nudi, striati, basi squamis nitidis vaginati, apice foliis tribus, alternis, subulatis, incurvato-erectis, terminati. Flores plerumque tres, terminales, erecti, sessiles, congesti, ferruginei, nitidi. Calycis foliola ovata, acuta. Capsula elliptica, acuminata.

squarrosus. 8. Juncus culmo nudo, foliis setaceis, paniculâ terminali compositâ glomeratâ.

Juncus squarrosus. *Sp. Pl.* 465. *Huds.* 149.
With. 346. *Relb.* 142. *Sibth.* 114. *Dicks.*
H. Sicc. fasc. 13. 12. *Fl. Dan.* *t.* 430.

J. montanus palustris. *Raii Syn.* 432.

Gramen junceum maritimum. *Ger. em.* 21.

G. junceum palustre humilior, foliis et spicâ Junci. *Morif. sect.* 8. *t.* 9. *f.* 13.

Angl. Moss Rush. Goose Corn.

In ericetis sterilibus fabulosis frequens.

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Radix fibrosa, cæspitosa. Culmi pedales, stricti, rigidi, teretes, striati, nudi. Folia radicalia plurima, patentia, incurva, setacea, canaliculata, glabra. Panicula terminalis, erecta, ramosa, basi foliolo setaceo, longitudine

dine vario, vaginata. Calyx fuscus, margine scariofo, albo. Capsula obovata, obtusiuscula.

* * *Culmis foliosis.*

9. JUNCUS foliis nodoso-articulatis, capitulis pa-
niculatis multifloris. *articulatus.*

Juncus articulatus. *Sp. Pl.* 465. *Huds.* 149.

With. 347. *Engl. Bot. t.* 238. *Leers.* 88.

t. 13. *f.* 6.

J. compressus. *Relb.* 142. *Sibth.* 114. *Abbot.* 79.

J. foliis articulosis, floribus umbellatis. *Raii Syn.* 433.

Gramen junceum articulatum palustre humilius, utriculis frequenter donatum. *Morif. sect.* 8. *t.* 9. *f.* 2.

- β. *Juncus articulatus.* *Relb.* 143.

J. nemorosus. *Sibth.* 114.

J. nemorosus, folio articulofo. *Raii Syn.* 433.

Gramen junceum articulatum palustre erectum et elatius. *Morif. sect.* 8. *t.* 9. *f.* 1.

G. junceum sylvaticum. *Ger. em.* 22.

Angl. Jointed Rush.

In pratis et pascuis humidis, aquosis et umbrosis.

Perennis. Fl. Junio.

Radix fibrosa, cæspitosa, subrepens. Culmus erectiusculus, foliosus, teretiusculus, glaber, basi squamis vaginatus. Folia alterna, vaginantia, acuta, subcylindrica, compressiuscula, fistulosa, intus septis transversis numerosis concamerata. Panicula terminalis, ramosa, ramis compositis, lævibus. Involucrum monophyllum, foliaceum, ad basin paniculae; involucella alterna, membranacea, acuta. Florum fasciculi sessiles, laterales et terminales, subquinqueflori. Calycis foliola lanceolata, acuminata, spadiceo-purpurea, dorso subinde viridia. Capsula oblonga, acutè triquetra, mucronata. β differt culmo erectiore, paniculâ ramosiori, floribus minoribus,

noribus, pallidioribus et obtusioribus, foliisque vix compressis.

uliginosus.

10. JUNCUS foliis setaceis subnodoso-articulatis, capitulis trifloris subproliferis, culmo bulbofo radicante.

Juncus uliginosus. *Sibth.* 115. *With.* 348.

J. viviparus. *Relb.* 143. *Abbot.* 79.

J. subverticillatus. *Jacq. Coll.* v. 3. 52.

J. articulatus γ. *Hudsf.* 150. *With.* 347.

J. articulatus arenosus. *Bute.* v. 7. 206.

J. n. 1320. *Hall. Hist.* v. 2. 170.

Junci bulbosi varietas. *Fl. Dan.* t. 817.

Gramen junceum capsulis triangulis minimum.

Raii Syn. 434. *Morif. sect.* 8. t. 9. f. 3.

β. *G. junceum* minimum, paniculis foliaceis. *Morif. sect.* 8. t. 9. f. 4.

G. junceum aquaticum, paniculis cum foliis capillaribus. *Pluk. Phyt.* t. 32. f. 3.

Juncoides calyculis paleaceis, glomeratis, folio varians. *Scheuchz. Agrost.* 339. t. 7. f. 10.

Angl. Little bulbous Rush.

In ericetis humidis arenosis, vel turfosis.

Perennis. *Fl.* Junio, Julio.

Radix fibrosa. Culmi filiformes, decumbentes, foliosi, sæpe geniculati, apice ramosi, basi bulbosi, geniculis radicanibus et sæpius bulbosis. Folia conferta, setacea, glabra, intus minus evidenter ac regulariter conca-merata. Capitula plerumque triflora, lateralia et terminalia, subinde inter culmi ramulos subverticillatos axillaria. Bractæe scariosæ, parvæ. Calycis foliola lanceolata, acuminata, trinervia, acutè carinata, dorso viridia, margine scariosa. Capsula acutè triquetra, obtusa.

Germen sæpè gemmiparum, viviparum.

11. JUNCUS foliis linearibus canaliculatis, culmo *bulbosus*.
 basi folioso, paniculâ cymosâ, capsulis obtusis.

Juncus bulbosus. *Sp. Pl.* 466. *Huds.* 150.

With. 348. *Relb.* 143. *Sibth.* 115. *Ab-*
bot. 79. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 13. 14. *Leers.* 89.
t. 13. *f.* 7. *Fl. Dan. t.* 431.

J. parvus cum pericarpis rotundis. *Raii Syn.* 433.
Baub. Hist. v. 2. 522.

Gramen junceum pericarpis rotundis, vel vul-
 gare. *Morif. sect.* 8. *t.* 9. *f.* 11.

Angl. Round-fruited Rush.

In pratis et pascuis humidis, præcipuè falsis.

By the Long Walk, Windsor, plentifully. *Rev.*
Dr. Goodenough.

Perennis. *Fl. Julio.*

Radix repens, fibrosa, nequaquam bulbosa. Culmi erecti,
 altitudine varii, simplices, teretiusculi, parùm compressi,
 glabri, basi præcipuè foliosi. Folia patentia, linearia,
 canaliculata, acuta. Panicula terminalis, erecta, cy-
 mosa, multiflora, basi foliata. Foliola calycina obtu-
 siuscula, striata, viridia, margine scarioso fusco. Cap-
 sula calyce longior, obovata, obtusa.

Nominis trivialis ratio me planè fugit.

12. JUNCUS foliis linearibus canaliculatis, cul- *bufonius*.
 mo dichotomo racemoso, floribus solitariis.

Juncus bufonius. *Sp. Pl.* 466. *Huds.* 150.

With. 348. *Relb.* 144. *Sibth.* 115. *Dicks.*
H. Sicc. fasc. 4. 6. *Leers.* 89. *t.* 13. *f.* 8.
Rose Bot. 452. *t.* 2. *f.* 5, 6.

J. palustris humilior erectus. *Raii Syn.* 434.

Gramen junceum. *Ger. em.* 4.

G. junceum vulgare, calyculis paleaceis. *Morif.*
sect. 8. *t.* 9. *f.* 14.

β. *G. juncoides* minimum Anglo-Britannicum.
Dill. in Raii Syn. 434.

Angl. Toad Rush.

In aquosis et palustribus.

Annua. Fl. Julio, Augusto.

Radix fibrosa. Culmi plurimi, cæspitosi, patentes, teretes, foliosi, dichotomi, apice racemosi. Folia linearia, acuta, lævia, supernè canaliculata, basi dilatata. Flores solitarii, subseffiles, erecti. Calycis foliola lanceolata, acuta, margine scariofo albo. Capsula lineari-elliptica, calyce brevior, obtusiuscula.

*biglu-
mis.*

13. JUNCUS foliis planis, capitulo bifloro terminali secundo basi foliato.

Juncus biglumis. *Sp. Pl.* 467. *Montin. in Amæn. Acad.* v. 2. 266. t. 3. f. 3. *Huds.* 649. *With.* 348. *Lightf.* 1100. *Fl. Dan.* t. 120. *Angl.* Two-flowered Rush.

In locis irriguis alpium Scoticarum rariùs.

On Ben Lomond. *Rev. Mr. Stuart.* Ben Lawers, and other highland mountains. *Mr. Mackay.*

Perennis. Fl. Augusto.

Radix fibrosa. Culmus subtriuncialis, erectus, simplicissimus, teres, striatus, basi apiceque foliosus. Folia subulata, complanata, erecta. Flores terminales, unus super alterum, secundi, subseffiles, folio caulino superati, subtus bractea obtusâ suffulti. Calycis foliola lanceolata, carinata. Capsula obovata, obtusa, calyce longior.

*triglu-
mis.*

14. JUNCUS foliis planis, capitulo trifloro terminali erecto aphylo bracteato.

Juncus triglumis. *Sp. Pl.* 467. *Huds.* 151. *With.* 349. *Lightf.* 186. t. 9. f. 2. *Fl. Dan.* t. 132. *Fl. Lapp.* t. 10. f. 5. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 2. 3. *Rel. Rudb.* 24. f. 2.

Juncello accedens graminifolia planta capitulis Armeriæ prolifera. *Raii Syn.* 430.

Gramen cyperoides minus, Caryophylli proliferi capitulis. *Morif. sect. 8. t. 12. f. 40.*

Angl. Three-flowered Rush

In rivulis alpinis.

About the tops of the Scottish and Welch mountains. At Burrowdale, near Keswick, Cumberland, Mr. Robson. *With.* On Ben Lomond, very plentifully.

Perennis. Fl. Julio.

Radix fibrosa. Culmus spithamæus, erectus, simplicissimus, teres, striatus, basi tantum foliosus. Folia lineari-lanceolata, acuta, complanata, erectiuscula, basi vaginantia. Capitulum terminale, erectum, triflorum, subinde bi- vel quadri-florum. Bractææ ovatæ, concavæ, capitulo breviores, quarum duæ exteriores maximæ. Calycis foliola elliptico-lanceolata, obtusa, subcarinata. Capsula elliptica, obtusiuscula, calyce longior.—Distinctissima a præcedente.

15. JUNCUS foliis planis amplexicaulibus, capitulo terminali subgemino multifloro basi foliato, *us.* bracteis acutis.

Juncus Jacquini. *Sym. Syn.* 87. *Hull.* 76.

Angl. Clustered Alpine Rush.

In paludosis alpinis Scotiæ, solo micaceo.

On Ben Lawers. *Mr. Dickson* and *Mr. Mackay.*

Perennis. Fl. Julio.

Radix laxè repens, farmentosa. Culmi erecti, spithamæi, subinde pedales, teretes, foliosi. Folia omnia caulina, alterna, erecta, plana, linearia, acuta; basi dilatata, amplexicaulia, vaginantia; supremum capitulis subjectum, reliquis brevius. Capitula terminalia, erecta, bina, unum super alterum, aliquando solitaria, atrofusca, nitida, sæpius quadriflora, subinde sex- vel octoflora, rariùs triflora. Bractææ solitariae sub singulo flore, a calyce parum remotæ, lineari-lanceolatæ, acutæ, fuscæ. Calycis foliola lanceolata, acuta, dorso trinervia.

Stamina

Stamina sex, capillaria, alba, longitudine calycis. Antheræ terminales, lineares, ochroleucæ. Stigmata linearia, plana. Capsula elliptico-oblonga, obtusa, apice nigra, mucronulata, calyce duplo longior, trilocularis. Semina utrinque appendiculata.

J. Jacquini, huic facie quodammodo similis, gaudet radice oblongâ, simpliciter repente; culmis congestis, stric-
tissimis, monophyllis, basi vaginatis, nec foliosis; bracteis calyci arctè approximatis, geminis, subrotundis, obtusis; staminibus calyce triplo brevioribus.

pilosus. 16. JUNCUS foliis planis pilosis, paniculâ cymosâ divaricatâ, floribus solitariis.

Juncus pilosus. *Sp. Pl.* 468. *Huds.* 151.

With. 349. *Relb.* 145. *Sibth.* 115. *Curt.*

Lond. fasc. 5. *t.* 25. *Lightf.* 186. *Dicks.*

H. Sicc. fasc. 14. 15. *Leers.* 90. *t.* 13. *f.* 10.

Gramen nemorosum hirsutum vulgare. *Raii*

Syn. 416.

G. hirsutum nemorosum. *Ger. em.* 19.

G. hirsutum latifolium majus. *Morif. sect.* 8.

t. 9. *f.* 1.

Angl. Hairy Rush.

In nemorosis et dumosis vulgaris.

Perennis. Fl. Martio, Aprili.

Radix fibrosa, stolonifera. Culmi spithamæi, erecti, simplices, graciles, teretes, foliosi. Folia lineari-lanceolata, acuta, plana, nervosa, graminea, margine pilis albis, mollibus, ciliata; radicalia maxima; caulina alterna, vaginantia. Panicula terminalis, cymosa, ramosa, divaricata, ramis inferioribus demum refractis. Flores solitarii, bracteis geminis, acutis, calyci approximatis. Calycis foliola lanceolata, acuminata, nigra, albo marginata. Stamina brevissima. Antheræ magnæ, tetragonæ, flavæ. Capsula ovata, obtusa, pallide flavescens.

17. JUN-

17. JUNCUS foliis planis pilosis acuminatis, pa-^{sylvaticus}
niculâ cymosâ decompositâ, floribus fascicu-^{cus}-
latis.

Juncus sylvaticus. *Huds.* 151. *Sibth.* 116.
Curt. Lond. fasc. 5. t. 26. *Dicks. H. Sicc.*
fasc. 13. 13. *Lightf.* 186.

J. maximus. *With.* 349.

J. pilosus δ . *Sp. Pl.* 468.

J. latifolius. *Jacq. Coll. v. 3.* 59.

Gramen nemorosum hirsutum latifolium maxi-
mum. *Raii Syn.* 416.

G. hirsutum latifolium majus, junceâ paniculâ.
Morif. sect. 8. t. 9. f. 2.

G. hirsutum latifolium minus. *Ibid.*

G. Luzulæ maximum. *Baub. Hist. v. 2.* 493.
Angl. Wood-Rush.

In sylvis, nemorosis et dumetis frequens.

Perennis. Fl. Maio.

Habitus præcedentis, sed major. Culmus ferè tripedalis.
Folia magis acuminatâ, latiora, pilis longioribus. Pa-
niculâ decomposita, ramis vix refractis. Flores con-
gesti, plerumque terni, minores tamen quam in Junco
pilofo.

18. JUNCUS foliis planis pilosis, spicis termina-^{campest-}
libus sessilibus pedunculatisque, capsulis ob-^{tris}-
tusis.

Juncus campestris. *Sp. Pl.* 468. *Huds.* 152.
With. 350. *Relb.* 145. *Sibth.* 116. *Curt.*
Lond. fasc. 2. t. 19. *Dicks. H. Sicc. fasc. 14.*
17. *Leers.* 91. *t. 13. f. 5.*

Gramen exile hirsutum. *Raii Syn.* 416. *Ger.*
em. 17.

G. hirsutum capitulis psyllii. *Baub. Prod.* 15.
Morif. sect. 8. t. 9. f. 4.

G. hirsutum capitulo globoso. *Ibid?*

β . *G. hirsutum* elatius, paniculâ junceâ compactâ.

Raii Syn. 416. synonymis mihi dubiis.

Angl. Hairy Field Rush.

In pascuis ficcioribus sterilioribus. β in paludibus turfosis.

Perennis. Fl. Aprili, Maio.

Radix repens. Culmi spithamæi, foliosi. Folia linearia, plana, acuta, margine pilosissima. Spicæ terminales, maximâ ex parte pedunculatæ, ovatæ, obtusæ, subdecemfloræ, erectæ, demùm nutantes. Flores sessiles, basi bracteis tribus vel quatuor laceris. Calycis foliola lanceolata, acuminata. Stamina brevissima. Capsula obovata, obtusa, imperfectè trilobularis, trisperma.

Varietas β altior est, magisque strigosa, foliis longioribus, spicis arctè conglomeratis; in structurâ verò floris, fructûs, atque bractearum, ne minimam quidem inveni differentiam. Figuræ a Raio citatæ non placent, ob spicas pedunculatas, nequaquam congestas.

spicatus. 19. *JUNCUS* foliis planis, spicâ racemosâ nutante basi compositâ, capsulis acutis.

Juncus spicatus. *Sp. Pl.* 469. *Fl. Lapp. t.* 10.

f. 4. *Huds.* 650. *Witb.* 350. *Lightf.* 187.

Fl. Dan. t. 270. *Dicks. Dr. Pl.* 33. *H. Sicc.*

fasc. 15. 11.

Angl. Spiked Rush.

In alpinis Scotiis.

On the grassy summit of Ben Lomond.

Perennis. Fl. Julio.

Radix fibrosa, cæspitosa. Folia linearia, recurva, marginibus parùm pilosa. Culmus spithamæus, foliosus, gracilis. Spica terminalis, solitaria, nutans, ovato-oblonga, obtusa, multiflora, ferrugineo-nigra, basiflobata. Bractææ ciliato-laceræ, pallidæ. Calycis foliola lanceolata, acuminata. Capsula acuta.

181. BERBERIS. *G. Pl.* 175. *Juss.* 286.

Gærtn. t. 42.

Cal. hexaphyllus. *Petala* 6; ad ungues glandulis duabus. *Stylus* nullus. *Bacca* supera, disperma.

1. BERBERIS floribus racemosis, spinis triplici-*vulgaris.*
bus, foliorum ferraturis aristatis.

Berberis vulgaris. *Sp. Pl.* 471. *Huds.* 137.

With. 350. *Relb.* 134. *Sibth.* 108. *Ab-*

bot. 80. *Engl. Bot. t.* 49. *Fl. Dan. t.* 904.

Woodv. Suppl. t. 234. *Sm. Tracts.* 165.

B. dumetorum. *Raii Syn.* 465.

Spina acida five *Oxyacantha.* *Ger. em.* 1325.

Angl. Barberry.

In sepibus et dumetis, apricisve calcareis.

Frutex. Fl. Maio, Junio.

Rami viminei, angulati, pallidi, glabri. Folia ovata, glabra, spinuloso-ferrata, fasciculata, petiolata; fasciculis spinâ trifidâ, divaricatâ, suffultis. Racemi e gemmis foliorum penduli, solitarii, simplices, multiflori. Flores flavi, glandulis antherisque fulvis. Baccæ oblongæ, miniatæ. Stamina basin versus, e parte interiore, stimulis maximè obnoxia sunt.

182. FRANKENIA. *G. Pl.* 176. *Juss.* 303.

Cal. quinquefidus, infundibuliformis. *Petala* 5.

Stigmata 3. *Capsula* supera, unilocularis, trivalvis.

2. FRANKENIA foliis linearibus confertis basi *lævis.*
ciliatis.

Frankenia lævis. *Sp. Pl.* 473. *Huds.* 137.

With. 352. *Relb.* 135. *Engl. Bot. t.* 205.

Franca maritima supina saxatilis glauca ericoides

sempervirens, flore purpureo. *Mich. Gen.* 23.
t. 22. f. 1.

Lychnis supina maritima *Ericæ* facie. *Raii*
Syn. 338.

Polygonum serpillifolium. *Ger. em.* 566.

Sea Heath. *Pet. H. Brit.* t. 10. f. 11.

Angl. Smooth Sea Heath.

In palustribus maritimis cœnosis.

On the coasts of Suffex, Essex and Kent in many
places. In the salt marshes at Yarmouth across
the river.—Isle of Sheppey abundantly. *Rev.*
Dr. Goodenough.

Perennis. Fl. Julio.

Radix lignosa. Caules procumbentes, ramosi, dichotomi,
teretes, foliosi, subpubescentes. Folia fasciculata, re-
voluta, basi ciliata. Flores e dichotomiâ caulis, sub-
inde terminales, solitarii, sessiles, carnei. Petala erosa,
unguiculata, cum squamâ oblongâ ungui adnatâ. Stig-
mata tria, oblonga, obtusa. Capsula polysperma.

pulveru- 2. **FRANKENIA** foliis obovatis retusis subtus
lenta. villoso pulverulentibus.

Frankenia pulverulenta. *Sp. Pl.* 474. *Huds.* 138.
With. 352.

Franca maritima quadrifolia annua supina, Cha-
mæfyces folio et facie, flore ex albo purpuras-
cente. *Mich. Gen.* 23.

Alfine maritima supina, foliis Chamæfices. *Dill.*
in Raii Syn. 352.

Anthyllis valentina. *Clus. Hist.* p. 2. 186. *Ger.*
em. 566.

Valentia Knotgrafs. *Pet. H. Brit.* t. 10. f. 8.
Angl. Powdery Sea-Heath.

In maritimis Suffexiæ, rarius.

Found by Mr. Brewer on the coast of Suffex. *Dill.*
Between Bognor and Bournemouth. *Huds.*

Annua.

Annua. Fl. Julio.

Radix fibrosa. Caules prostrati, e basi ramosi, pubescentes, teretes. Folia obovata, retusa, subtus villosa et subpulverulenta. Calyx prismaticus. Specimina Britanniae indigena nondum vidi.

183. PEPLIS. *G. Pl.* 176. *Juss.* 333.

Gertn. t. 51.

Cal. campanulatus, ore duodecimfido. *Petala* 6, calyci inserta. *Capsula* supera, bilocularis.

1. PEPLIS floribus subapetalis, foliis obovatis. *Portula.*

Peplis Portula. *Sp. Pl.* 474. *Huds.* 147. *With.*

352. *Relb.* 139. *Sibth.* 108. *Abbot.* 78.

Curt. Lond. fasc. 4. t. 27. *Dicks. H. Sicc.*

fasc. 4. 8. *Fl. Dan.* t. 64.

Portula. *Dill. Giff.* 120. *append.* 133. t. 7.

Raii Syn. 368.

Alfne rotundifolia, sive *Portulaca aquatica.* *Cer.* em. 614.

Glauq aquatica, folio subrotundo. *Loefel. Pruss.* 106. t. 20.

G. palustris, flore striato clauso, foliis portulacæ. *Vaill. Paris.* t. 15. f. 5.

Glaucoides palustre, *Portulacæ* folio, flore purpureo. *Mich Gen* 21. t. 18. f. 1.

Angl. Water Purslane.

In palustribus et ericetis humidis frequens.

Annua. Fl. Julio, Augusto.

Caules prostrati, subnatantes, radicanes, simplices, foliosi. Folia opposita, petiolata, obovata, obtusa, integerrima, glabra. Flores axillares, solitarii, sessiles, parvi, rubicundi. *Petala* fugacia, sæpè nulla. *Capsula* globosa, pellucida, polysperma.

II. TRIGYNIA.

184. RUMEX. *G. Pl.* 178. *Juss.* 82.*Gærtn. t.* 119.

Cal. triphyllus. *Petala* 3, conniventia. *Semen*
unicum, triquetrum, superum, nudum. *Stig-*
mata multifida.

* *Flores hermaphroditici.*

sangu-
neus.

1. RUMEX valvulis integerrimis oblongis, unicâ
præcipuè graniferâ, foliis cordato-lanceolatis.

Rumex sanguineus. *Sp. Pl.* 476. *Huds.* 153.
With. 353. *Sibth.* 118.

Lapathum folio acuto rubente. *Raii Syn.* 142.

L. sanguineum. *Munt. Brit. t.* 113. *Baub. Hist.*
v. 2. 988.

L. rubens. *Camer. Epit.* 229.L. fativum sanguineum. *Ger. em.* 390.Blood-veined Dock. *Pet. H. Brit. t.* 2. f. 5.β. viridis. *Sibth.* 118.Rumex acutus. *Curt. Lond. fasc.* 3. t. 21.*With.* 354. *Wade Dubl.* 103. *Huds.* 155 β.Lapathum viride. *Dill. in Raii Syn.* 141.Bloodless Dock. *Pet. H. Brit. t.* 2. f. 6.

Angl. Bloody-veined Dock. β Green-veined
Dock.

In nemorosis et ad vias.

In woody places about Hampstead. *Merret.* Near
Maidstone. *Huds.* Headington hill, Oxford-
shire. *Sibth.* At Lowestoft, Suffolk, and about
Bristol.

β. In shady places frequent.

Perennis. Fl. Julio.

Radix fusiformis. Caulis erectus, ramosus, angulatus, foliosus, glaber. Folia omnia petiolata, lanceolata, glabra, venosa, margine subcrispa; radicalia maxima, basi cordata. Racemi terminales, patentes, subaphylli, floribus alternatim fasciculatis, pedicellatis, nutantibus. Calyx integerrimus. Petala oblonga, integerrima, persistentia, valvulas semen amplectentes constituentia, quarum unica (quandoque omnes) demum granifera evadit. Semen parvum, acutè triquetrum.

Venæ et petioli foliorum in α succo sanguineo scatent.

2. **RUMEX** valvulis ovatis integris omnibus graniferis, foliis lanceolatis undulatis acutis.

Rumex crispus. *Sp. Pl.* 476. *Huds.* 153.

With. 353. *Relb.* 146. *Sibth.* 117. *Abbot.* 81. *Curt. Lond. fasc.* 2. t. 20.

Lapathum folio acuto crispo. *Raii Syn.* 141.

L. longifolium crispum. *Munt. Brit. t.* 104.

Curled Sharp Dock. *Pet. H. Brit. t.* 2. f. 2.

Angl. Curled Dock.

In ruderatis, pascuis et ad vias vulgaris.

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Radix fusiformis, flavescent. Caulis angulatus, fulcatus, læviusculus. Folia lanceolata, acuta, margine undulato-crispa; caulina ferè linearia et subsessilia. Racemi minùs patentes, densiores, basin versus subfoliolosi. Valvulæ fructûs ovatæ, subcordatæ, reticulato-venosæ, integræ, subrepandæ nec dentatæ, omnes graniferæ, grano maximo, ovato, gibbo, rubro. Semen præcedente majus.

3. **RUMEX** valvulis oblongis subdentatis omnibus graniferis, foliis cordato-oblongis acuminatis, racemis foliolosis.

Rumex acutus. *Sp. Pl.* 478. *Huds.* 155.

Relb. 147.

R. paludosus. *With.* 354, ex descr.

Lapathum acutum. *Raii Syn.* 142.

Smooth Sharp Dock. *Pet. H. Brit. t. 2. f. 3.*
 β. *Lapathum acutum minimum. Dill. in Raii*
Syn. 141. Baub. Hist. v. 3 985.
 Small Sharp Dock. *Pet. H. Brit. t. 2. f. 4.*
Angl. Sharp Dock.

In incultis et aquosis passim. *Raius.*
 In marshes at Surlingham, below Norwich.

Perennis. Fl. Julio.

Caulis angulatus, sulcatus, glaber. Folia cordato-lanceolata, acuminata, petiolata, repanda. Racemi divaricato-adscendentes, elongati. Flores semiverticillati, numerosi, densi, nutantes; verticillis omnibus ferè foliolo petiolato, patente, suffultis. Valvulae lanceolato-oblongae, subinde dentatae, omnes granulo maximo, gibbofo, rubro, onustae. Semen exiguum.

obtusifolius. 4. **RUMEX** valvulis dentatis unicâ præcipuè graniferâ, foliis radicalibus cordatis obtusis, caule scabriusculo.

Rumex obtusifolius. Sp. Pl. 478. Hudf. 155.
With. 357. Relb. 148. Sibth. 118. Ab-
bot. 81. Curt. Lond. fasc. 3. t. 22.

Lapathum vulgare, folio obtuso. Raii Syn. 141.
L. sylvestre, folio minùs acuto. Ger. em. 388.
Lob. Ic. 285.

Broad Dock. *Pet. H. Brit. t. 2. f. 9.*
Angl. Broad leaved Dock.

In ruderalis et ad vias passim.

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Radix multiceps, fusca, intùs flava. Caulis sulcatus, superne præcipuè scaber. Folia petiolata; radicalia maxima, cordata, obtusa; caulina ovato-lanceolata, acutiuscula. Racemi ferè aphylli. Flores semiverticillati, pedunculis capillaribus. Valvulae magnae, cordatae, venosae, dentatae, dentibus subulatis. Granulum in valvulâ exteriori præcipuè conspicuum, lineari-oblongum,

longum, ratione valvularum parvum. Semen quam in præcedentibus majus.

5. RUMEX valvulis dentatis unicâ præcipuè graniferâ, foliis radicalibus panduriformibus, caule glabro divaricato. *pulcher.*

Rumex pulcher. *Sp. Pl.* 477. *Huds.* 153.
With. 356. *Relh.* 148. *Abbot.* 82.

Lapathum pulchrum bononiense sinuatum. *Raii Syn.* 142. *Baub. Hist. v. 2.* 988.

L. ramosum procumbens, pericarpio spinoso, folio fidium instar. *Morif. sect. 5. t. 27. f. 13.*
Angl. Fiddle Dock. *Pet. H. Brit. t. 2. f. 10.*

In pascuis solo glareoso.

Perennis. Fl. Augusto.

Caulis subprocumbens, ramis elongatis, refractis, angulatis, glabris. Folia radicalia obtusa, medio utrinque sinuata; caulina parva, oblonga, integra. Racemi foliolosi. Valvulae deltoideæ, dentatæ, reticulato-venosæ, quarum unica magis evidenter granifera est.

6. RUMEX valvulis deltoideis fetaceo-dentatis graniferis, foliis linearibus, verticillis confertis. *maritimus.*

Rumex maritimus. *Sp. Pl.* 478. *Huds.* 155.

R. aureus. *With.* 356. *Abbot.* 81.

Lapathum folio acuto, flore aureo. *Raii Syn.* 142.

L. anthoxanthum. *Baub. Hist. v. 2.* 987.

Bur Gold Dock. *Pet. H. Brit. t. 2. f. 8.*

Angl. Golden Dock.

In palustribus, præcipuè maritimis.

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Caulis angulatus, sulcatus, subflexuosus, scabriusculus, rubicundus. Folia linearia, obtusiuscula, plana. Racemi foliolosi. Verticilli arctè conferti, aurei. Valvulae deltoideæ, omnes granulo oblongo notatæ, dentibus

bus fetaceis utrinque circiter quatuor, valvulâ longioribus. Semen exiguum.

palustris. 7. RUMEX valvulis lanceolatis graniferis basi dentatis, foliis lineari-lanceolatis, verticillis distantibus.

Rumex maritimus. *Huds.* 155 β. *With.* 356. *Curt. Lond. fasc.* 3. t. 23.

Lapathum aureum. *Dill. in Raii Syn.* 142.

L. aquaticum, luteolæ folio. *Bocc. Mus.* t. 104.

Hydrolapathum minus. *Lob. Ic.* 286. *Ger. em.* 389.

Gold Dock. *Pet. H. Brit.* t. 2. f. 7.

Angl. Yellow Marsh Dock.

In paludosis, fossis, et ruderatis humidis.

About London in several places. *Dill. Curt.* By Acle dam, Norfolk. *Mr. Pitchford.*

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Radix intus rubra. *Curt.* Caulis fulcatus, scaber, rubicundus. Folia lineari-lanceolata, acuta; radicalia maxima. Verticilli undique sparsi, foliolosi. Valvulae omnes granulo oblongo notatae, lanceolatae, basi utrinque tridentatae, dentibus fetaceis, multo brevioribus quam in praecedente.

aquaticus. 8. RUMEX valvulis ovatis integris obsoletè graniferis, foliis cordato-lanceolatis acutis.

Rumex aquaticus. *Sp. Pl.* 479. *Fl. Suec.* 117. *Lightf.* 190.

R. Hydrolapathum. *Huds.* 154. *With.* 355. *Relb.* 149. *Sibth.* 118. *Abbot.* 82. *Woodv. Med. Bot.* t. 178.

R. Britannica. *Huds. ed.* 1. 135.

Lapathum n. 1588. *Hall. Hist.* v. 2. 271.

L. maximum aquaticum five Hydrolapathum, *Raii Syn.* 140. *Bauh. Hist.* v. 2. 986.

Hydro.

Hydrolapathum magnum. *Lob. Ic.* 285. *Ger. em.* 389.

Hippolapathum. *Camer. Epit.* 232.

Britannica antiquorum vera. *Munt. Brit. t.* 1.

Angl. Great Water Dock. *Pet. H. Brit. t.* 2. f. 1.

In fossis et ad ripas fluviorum.

Perennis. Fl. Julio, Augusto.

Radix crassa. Caulis quinquepedalis, rectus, fulcatus, glaber. Folia subglaucæ, lanceolata, acuta; inferiora basi cordata. Verticilli approximati. Pedicelli capillares, apice incrassati, nutantes. Valvulæ magnæ, ovatæ, venosæ, integerrimæ, rariùs subdentatæ, omnes granulo parvo, lineari, sæpe obsoleto, notatæ. Semen magnum.

R. paludosus Hudsoni, a nemine adhuc detectus, hujusce varietas esse potest, cum granula in hac et aliis speciebus magnitudine quandoque variant.

9. RUMEX valvulis ovatis integris grano destitu- *digynus*,
tis, floribus digynis.

Rumex digynus. *Sp. Pl.* 480. *Hudf.* 156.

With. 357. *Lightf.* 190. *Fl. Dan. t.* 14.

Acetosa rotundifolia repens Eboracensis, folio in medio deliquium patiente. *Raii Syn.* 143.

Morif. sect. 5. t. 36. f. penult. *Pluk. Phyt.* t. 252. f. 2.

Welch Sorrel. *Pet. H. Brit. t.* 3. f. 4.

Angl. Mountain Sorrel.

Ad scaturigines alpinas.

On the mountains of Wales, Scotland, and the north of England, in very elevated spots, plentiful.

Perennis. Fl. Junio.

Folia omnia ferè radicalia, longiùs petiolata, reniformia, emarginata, repanda, venosa, pallidè viridia. Caulis nudius-

nudiufculus, spithamæus, paniculatus. Pedicelli fasciculati, capillares. Valvulæ ovatæ, emarginatæ, integerrimæ, rubicundæ, granulorum rudimentis plane destitutæ. Styli bini, distantes. Stigmata penicilliformia.

* * *Flores diclini.*

Acetosa. 10. RUMEX floribus dioicis, foliis oblongis sagittatis, valvulis graniferis.

Rumex Acetosa. *Sp. Pl.* 481. *Huds.* 156. *With.* 357. *Relb.* 149. *Sibth.* 119. *Abbot.* 82. *Engl. Bot. t.* 127. *Woodv. Med. Bot. t.* 69.

Lapathum acetosum vulgare. *Raii Syn.* 143.

Oxalis five Acetosa. *Ger. em.* 396.

Acetosa. *Brunf. Herb. v.* 2. 68.

β. Acetosa montana maxima. *Dill. in Raii Syn.* 143.

Acetosa pratensis, *folium.* *Pharmac. Lond.*

Angl. Common Sorrel.

In pratis et pascuis vulgaris.

Perennis. Fl. Junio.

Caulis teres, striatus, foliosus. Folia ovato-oblonga, sagittata; radicalia petiolata, obtusa; caulina sessilia, amplexicaulia, acuta, subrevoluta. Panicula ramosa. Flores semiverticillati, dioici. Valvulæ ovatæ, integræ, graniferæ.

Acetosella. 11. RUMEX floribus dioicis, foliis lanceolato-hastatis, valvulis grano destitutis.

Rumex Acetosella. *Sp. Pl.* 481. *Huds.* 156. *With.* 358. *Relb.* 149. *Sibth.* 119. *Abbot.* 82. *Curt. Lond. fasc.* 5. t. 29.

Lapathum acetosum repens lanceolatum. *Raii Syn.* 143.

Oxalis tenuifolia. *Ger. em.* 397.

Angl. Sheep's Sorrel.

In pascuis sterilioribus glareosis vulgaris.

Perennis. Fl. Junio, Julio.

Præcedente duplò minor. Radix repens. Folia lanceolata; radicalia hastata; caulina sæpe integra. Racemi paniculati. Flores semiverticillati, dioici. Valvulae ovatae, integrae, granis destitutæ.

185. *TOFIELDIA.* *Huds.* 157.

Anthericum. *G. Pl.* 167.

Narthecium. *Juss.* 47. *Gerard.* *Villars.*

Cal. trifidus. *Petala* 6. *Styli* verticales, breves.

Capsulae superæ, tres, basi junctæ, polyspermæ.

Antheræ subrotundæ.

1. *TOFIELDIA* petalis obovatis obtusis.

palustris.

Tofieldia palustris. *Huds.* 157. *With.* 358.

Sym. Syn. 89. *Engl. Bot. t.* 536.

Anthericum calyculatum. *Sp. Pl.* 447. *Fl.*

Lapp. t. 10. *f.* 3. *Lightf.* 181. *t.* 8. *f.* 2.

Dicks. H. Sicc. fasc. 13. 11. *Fl. Dan. t.* 36.

A. n. 1205. *Hall. Hist. v.* 2. 98. excluso syn.

Gorteri et Mœringii.

Narthecium. *Ger. Gallopr.* 142.

N. iridifolium. *Villars. Dauph. v.* 2. 225.

N. calyculatum. *Allion. Ped. v.* 2. 165. *La-*

marck Fl. Franc. v. 3. 298.

Scheuchzeria Pseudo-Asphodelus. *Scop. Carn.*

v. 1. 263. *Villars. Dauph. v.* 1. 322.

Phalangium Scoticum palustre minimum Iridis

folio. *Raii Syn.* 375.

P. alpinum palustre, Iridis folio. *Seguier. Veron.*

v. 2. 61. *t.* 14.

Asphodelus Lancastriæ verus. *Ger. em.* 96.

Pseudo asphodelus secundus. *Chuf. Hist. p.* 1.

198.

Angl. Scottish Asphodel.

In

In turfosis irriguis alpinis.

Common in the highlands of Scotland.

Perennis. Fl. Augusto.

Radix lignosa, fibris longis, flexuosis, albis. Folia ensiformia, nervosa. Caulis spithamæus, erectus, simplex, nudiusculus, teres. Spica terminalis, solitaria, erecta, obtusa, densa. Flores albo-virides, subpedunculati. Bractææ solitariae, ovatae, concavae, parvae, ad basin pedunculorum. Calyx parvus, trifidus. Petala lineari-obovata, obtusa, concava, æqualia, persistentia. Stamina subulata, glabra, petalis opposita, at longitudine vix æqualia. Antheræ incumbentes, cordato-subrotundæ, flavæ. Germen superum, tricoccum. Styli verticales, breves, distantes. Stigmata obtusa. Capsulæ tres, basi junctæ, gibbæ, vix inflatæ. Semina numerosa, elliptica, fulva.

Alia species ex Americâ boreali, *Gron. Virg.* 51, petalis lanceolatis acutis discrepat.

Scheuchzeria Linnæi differt a *Tosfieldiâ* calycis defectu, antheris linearibus, stigmatibus sessilibus, lateralibus, capsulis distinctis, inflatis, subdispermis.

186. TRIGLOCHIN. *G. Pl.* 179. *Juss.* 47.
Gærtn. t. 84.

Cal. triphyllus. *Petala* tria, calyciformia. *Styli* nulli. *Capsulæ* superæ, basi dehiscente. *Semina* solitaria.

palustre. 1. TRIGLOCHIN capsulis trilocularibus sublinearibus.

Triglochin palustre. *Sp. Pl.* 482. *Huds.* 152.
With. 359. *Relb.* 146. *Sibth.* 119. *Abbot.* 83. *Engl. Bot. t.* 366. *Fl. Dan. t.* 490.
Leers. 92. *t.* 12. *f.* 5. *Dicks. H. Sicc. fasc.* 15.
10.

Juncajo palustris et vulgaris. *Raii Syn.* 435.

Gramen aquaticum spicatum. *Ger. em.* 13.

G. enode

G. enode spicatum, five triglochin. *Morif.*

sect. 8. t. 2. f. 18.

Angl. Marsh Arrow-grafs.

In palustribus frequens.

Perennis. Fl. Julio.

Radix fibrosa. Folia radicalia, vaginantia, bifaria, linearia, canaliculata. Scapus pedalis, angulato-teres, simplex. Spica terminalis, multiflora. Capsula linearis, obtusa, trivalvis. Semina linearia.

2. TRIGLOCHIN capsulis sexlocularibus ovatis. *mariti-*

Triglochin maritimum. *Sp. Pl.* 483. *Huds.* 152. *num.*

With. 359. *Engl. Bot. t.* 255. *Fl. Dan. t.* 306.

Gramen marinum spicatum. *Raii Syn.* 435.

Lob. Ic. 16.

G. spicatum alterum. *Ger. em.* 20.

G. enode spicatum, pericarpis parvis rotundis.

Morif. sect. 8. t. 2. f. 19.

Angl. Sea Arrow-grafs.

In maritimis cœnosis.

Perennis. Fl. Maio—Augusto.

Habitus prioris, sed folia latiora, magisque carnosæ. Capsula ovata, brevior, sexvalvis.

187. COLCHICUM. *G. Pl.* 180. *Juss.* 47.

Gærtn. t. 18.

Cal. spatha. *Cor.* sexpartita, tubo radicali. *Capsulae* tres, superæ, connexæ, inflatæ, polyspermæ.

1. COLCHICUM foliis planis lanceolatis erectis. *autum-*

Colchicum autumnale. *Sp. Pl.* 485. *Huds.* 157. *nale.*

With. 359. *Sibth.* 119. *Abbot.* 83. *Engl.*

Bot. t. 133. *Mart. Fl. Rust. t.* 60. *Woodv.*

Med. Bot. t. 177.

C. com-

C. commune. *Raii Syn.* 373.

C. anglicum purpureum, et album. *Ger. em.*
157.

Colchicum, radix recens. *Pharmac. Lond.*

Angl. Meadow Saffron.

In pratis solo pinguiore rariùs.

Chiefly in the north and west of England. *Ray.*

At Little Stonham, Suffolk, plentifully. *Mrs.*
Cobbold. Near Bury. *Mr. Mathew.* At Filkins
and Bradwell, Oxfordshire. *Rev. Dr. Good-*
enough.

Perennis. Fl. Septembri.

Bulbus ovatus, magnus. Folia lata, planiuscula, obtusa,
pedalia, vernalia. Flores radicales, apiphylli, purpurei,
tubo longo, albo. Capsula elliptica, trifurca. Semina
globosa.

III. POLYGYNIA.

158. ALISMA. *G. Pl.* 181. *Juss.* 46.

Gærtn. t. 84.

Cal. triphyllus. *Petala* tria. *Capsulæ* plures,
aggregatæ, submonospermæ.

Planta- 1. ALISMA foliis ovatis acutis, capsulis obtusè
go. trigonis.

Alisma Plantago. *Sp. Pl.* 486. *Huds.* 158.

With. 361. *Relb.* 150. *Sibth.* 120. *Ab-*

bot. 83. *Curt. Lond. fasc.* 5. *t.* 27. *Fl. Dan.*

t. 561.

Plantago

- Plantago aquatica.* *Raii Syn.* 257. *Camer. Epit.* 264. *Fuchsf. Hist.* 42.
P. aquatica major. *Ger. em.* 417.
 Broad Water Plantain. *Pet. H. Brit. t.* 43. *f.* 6.
 3. *Alisma lanceolata.* *With.* 362. *Sym. Syn.* 90.
Plantago aquatica longifolia. *Dill. in Raii Syn.* 257.
